Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GRAMMATICA

HEBRAICA.

Digitized by Google

MEULAN. — EX TYPIS MARII NICOLAI.

Digitized by Google

GRAMMATICA
HEBRAICA

AUCTORE

EDWARDO SLAUGHTER S. J.

DILIGENTER EMENDATA, VARIIS ACCESSIONIBUS LOCUPLETATA

A VINCENTIO F. CASTELLINI

LINGUÆ ARABICÆ IN ROMANO ARCHIGYMNASIO PROFESSORE

ET CURANTE J. J. L. BARGÈS

In Academia Parisiensi linguæ hebraicæ professore

NOVISSIME EDITA.

Biblioteca del Monasterio DE MONTSERRAT

PARISIIS

APUD BIBLIOPOLAS MAISONNEUVE ET SOCIOS

RIPA VOLTAIRE, 15.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

GRAMMATICA
HEBRAICA.

CAPUT PRIMUM.

DE RATIONE LEGENDI.

Ratio legendi, apud Hebræos, literis, punctis et accentibus constat. *Literæ* sunt viginti duæ, omnes consonantes; nam vocalium munere funguntur *puncta*. Earum figuram, nomen et potestatem subjecta tabella indicabit.

FIGURA.	NOMEN.	POTESTAS.
א	Aleph.	(') Spiritus lenis græcus.
ב	Beth.	*b* vel *bh*.
ג	Ghimel.	*g* vel *gh*.
ד	Daleth.	*d* vel *dh*.
ה	He.	*h*.
ו	Vau.	*v* consonans.
ז	Zain.	*z*.
ח	Hheth.	*hh*.

Digitized by Google

FIGURA.	NOMEN.	POTESTAS.
ט	Teth.	*t.*
י	Jod.	*j* consonans vel *y.*
כ ך	Chaph.	*k* vel *kh.*
ל	Lamed.	*l.*
מ ם	Mem.	*m.*
נ ן	Nun.	*n.*
ס	Samech.	*s.*
ע	Aajin.	H, aspiratio densissima.
פ ף	Pe.	*p* vel *ph.*
צ ץ	Tzade.	*tz* vel *ts.*
ק	Qoph.	*q.*
ר	Resch.	*r.*
שׁ שׂ	Scin, Sin.	*sch* vel *s.*
ת	Tau.	*t* vel *th.*

Nota 1. Ex literis, *gutturales* dicuntur אַהֲחָע, *labiales* בּוּמָף, *quiescentes* יְהוּא; et undecim sunt *serviles* comprehensæ his nominibus : מִשְׁהָ אֵיתָן וְכָלֵב.

Nota 2. Quinque literæ comprehensæ voce sequenti,

Digitized by Google

אֲדֹנָי, in fine dictionum, ad versum explendum, fieri possunt longiores, ut in Bibliis passim videre licet.

PUNCTA VOCALIA.

Puncta vocalia sunt quatuordecim.

	NOMEN.	FIGURA.	POTESTAS.
Quinque longa.	Kametz.	ָ	*a* obscurum.
	Tzere.	ֵ	*e* acutum.
	Chirek-gadol.	ִי	*i*
	Vau cholem.	וֹ	*o*
	Schurek.	וּ	*u*
Quinque brevia.	Pathach.	ַ	*a* clarum.
	Sægol.	ֶ	*e* apertum.
	Chirek-katon.	ִ	*i*
	Kametz-chatuph.	ָ	*o*
	Kibbutz.	ֻ	*u*
Quatuor brevissima.	Scheva simplex.	ְ	*e*
	Chateph-pathach.	ֲ	*a*
	Chateph-sægol.	ֱ	*e*
	Chateph-kametz.	ֳ	*o*

ACCENTUS.

Accentuum alii sunt *grammatici* sive tonici, alii *rhetorici* sive euphonici. Quælibet vox (nisi alteri jungatur per makkaph) habet accentum grammaticum, qui dat tonum syllabæ cui apponitur. Si ergo vox habeat unicum accentum, ille est grammaticus; si duos, posterior est gramma-

Digitized by Google

ticus, alter rhetoricus ornans. Præcipui ex grammaticis sunt quatuor, qui dicuntur *distinguentes* sive *pausantes*, sive *reges majores*; quos vide in tabula subjecta applicatos ad nomen אָב.

FIGURA ET SIT.	NOMEN.	VALOR.
אָב	Silluk *vel* Soph-pasuq.	*Punctum* (.).
אָב	Athnahh.	*Duo puncta* (:).
אָב	Zaqeph-qaton.	*Punctum et virgula* (;).
אָב	Rebhiah.	*Virgula* (,).

Ex rhetoricis, unus est præcipue in usu, i. e. *mæthæg*, inter scheva et kametz, ut in voce לְמִדָּה. Dicitur mæthæg, i. e. *frænum*, quia linguam frænat, ut postea explicabitur.

Quoad sedem, accentus grammaticus semper est in ultima vel in penultima syllaba, plerumque in ultima. Dictio quæ accentum habet in ultima, vocatur *milrah*; quæ in penultima, vocatur *milhel*. Ceterum, quænam dictio sit milrah, quæ milhel, usus melius docebit. Makkaph est virgula transversa quæ dictiones accentu tonico privatas simul connectit, ut כָּל־גּוֹי « omnis gens ».

His præcognitis, ut ratio legendi constet, omnia necessaria paragraphis paucis comprehendam.

I. De punctis vocalibus ad literas applicandis.

Hæc tria puncta ָ, ַ, ִ, literis adjunguntur ad latus,

Digitized by Google

sic : לִי, לוֹ, לוּ; et (quia in lingua hebraïca, sicut et in ceteris orientalibus, lectio inchoatur a dextera et pergit ad sinistram) legendum est *li, lo, lu.* Porro ו sæpe scribitur sine ו expresso, sic ·; unde contigit aliquando, ut coincidat cum puncto literæ שׁ.

Reliqua puncta vocalia scribuntur sub literis, sed post illas pronunciantur. Sic רָם legendum est *ram,* non *arm.*

Excipe *pathach suffuratum,* seu pathach necessitatis, sub literis ח, ע et ה (cum puncto illo, quod dicitur *mappik,* seu extensor *he*) in fine vocum. Quando enim illæ literæ sunt in fine vocum, et non præcedit immediate kametz aut pathach, ut recte pronunciętur, ponitur sub illis pathach, quod præter leges communes et quasi furtim ingreditur inter illas literas et punctum præcedens. Sic מָשִׁיחַ legitur *masciahh,* non *mascihha.*

II. De literis quiescentibus יְהוּא.

Initio dictionis, nulla illarum quiescit. Literam autem *quiescere, silere* aut *mutam esse,* apud grammaticos idem est ac *non legi,* et *moveri* idem est ac *legi.*

In medio, nulla quiescit, nisi puncto vocali careat.

In fine, א semper quiescit; similiter ה, nisi puncto mappik notetur; sic י post ·, ut אֵי « ubi », lege *e,* non *ei.* Cum ceteris autem vocalibus coalescit in diphthongum, ut חַי *hhai* « vivus ».

Dicitur etiam י quiescere, quando constituit chirek gadol, et ו, quando constituit וֹ aut וּ. Alias ו nunquam quiescit in fine.

Digitized by Google

III. De scheva quiescente.

Scheva aliquando movetur, aliquando quiescit. Ut ergo scheva mobile a quiescente distinguas, hæc sit regula :

Scheva silet post grammaticum accentum, aut breve punctum.

Nota tamen 1. Scheva veniens post aliud scheva (sive expressum, sive intellectum) non quiescit; quia sic non venit post *breve punctum*, sed post *brevissimum*. Si autem duplex scheva veniat post accentum grammaticum, utrumque quiescit.

Nota 2. Scheva semper movetur sur litera dagheshata, ut לִמְּדוּ, lege *limmedu*, non *limdu*. Similiter sub priore ex literis geminatis juxta positis, ut הַלְלוּ, lege *halelu*, non *hallu*.

IV. De scheva subintellecto.

Scheva *mutum* inscribitur omni chaph finali, sic ךְ, nisi inscribatur kametz, sic ךָ. Sub aliis literis in fine vocum, aliquando exprimitur scheva mutum. Quando autem non exprimitur, subintelligitur sub omni litera mobili quæ dictionem claudit.

V. De daghesh.

Punctum in medio literæ impressum vocatur *daghesh*. Excipe tamen punctum in medio literæ הּ, quod non est daghesh, sed mappik, et punctum in medio literæ וּ, quando cum illa constituit schurek.

Daghesh autem duplex est : *lene* et *forte*.

Digitized by Google

Daghesh lene inscribitur solis literis בְּגֶד כְּפַת, illisque raro inscribitur, nisi sint *in principio sententiæ*, vel veniant immediate post scheva mutum, sive ejusdem, sive diversæ dictionis. Dicitur *lene*, quia mere tollit aspirationem; nam, sine daghesh, literæ illæ sonant *bh* seu *v*, *gh*, *dh*, *kh*, *ph*, *th*. Cum daghesh autem sonant *b*, *g*, *d*, *c*, *p*, *t*.

Daghesh forte invenitur in omnibus literis, exceptis *gutturalibus* et ר. Dicitur *forte*, quia non mere tollit aspirationem a literis illis aspiratis, sed etiam illas et quascumque alias in quibus infigitur ingeminat.

VI. De kametz-chatuph distinguendo a kametz.

Kametz-chatuph figura non differt a kametz; ut ergo aliunde distinguatur, hæc sit regula :

Nisi accentus mediet, kametz (o) *ante scheva sit.*

Quadruplex est casus, et quatuor exemplis proponam.

חָכְמָה	וַיָּקָם	כָּל־גּוֹי	כֻּלּוֹ
1. *hhokhma.*	2. *vaijaqom.*	3. *kol-goi.*	4. *kollu.*

In 1. exemplo, ָ venit ante scheva expressum; in 2. et 3. venit ante scheva mutum, quod (juxta dicta IV.) intelligitur sub מ et ל; in 4. exemplo, sub litera ל geminata per daghesh intelligitur etiam scheva mutum; perinde enim est ac si scriberetur כֻּלְּלוֹ. Nullus autem accentus in dictis exemplis mediat inter kametz et scheva.

Vide nunc quatuor exempla apposita.

חָכְמָה	דְּבָרָם	שָׁא־נָא	לָמָּה
1. *hhakhema.*	2. *debharam.*	3. *sa-na.*	4. *lamma.*

Digitized by Google

In 1. exemplo venit quidem ר ante scheva expressum; sed mediat accentus mæthæg; in 2. et 4. venit ר ante scheva subintellectum, sed mediat accentus grammaticus; in 3. exemplo non venit ante scheva sive expressum sive subintellectum.

Nota insuper quod ר ante רֵ sit *o*, licet mediet accentus, sicut sæpe mediat inter punctum compositum et *breve* ffine.

APPENDIX

De accentibus et qeri kethibh.

Magnam grammaticorum accentuum turmam omisimus, quia tyronum captum transcendit; id tantum scire sufficiet syllabam quæ habet accentum, tono afficiendam. Tenenda est ergo regula superius tradita pro sede accentus grammatici, et observanda sunt paradigmata grammaticalia nominum et verborum; in istis enim, ad singulas voces, loco accentus grammatici, simplicem lineolam (instar silluk et mæthæg, a quibus tamen differt usu) apposuimus, quæ syllabam indicet tono afficiendam.

Restat nunc unum advertendum, i. e. sæpe inveniri in Bibliis circellum, qui supra vocem positus significat vocem illam legendam aliter quam scribitur in textu; et in multis Bibliis vera lectio notatur in margine. Sic Gen. xxv, 23, in textu habetur גֹּיִם, in margine autem גוים, adjuncta litera ק. Circulus in textu monet lectorem non haberi ibi omnes literas debitas; et ק in margine significat vocem

Digitized by Google

legendam esse per literas marginales, applicatis punctis textualibus : ק enim est abbreviatio pro קְרִי « lectum ». Tota vero hæc diversitas inter lectionem et scriptionem, vocatur a rabbinis *qeri kethibh*. Voces autem illæ קְרִי et כְּתִיב sunt in forma chaldaica, et significant idem quod hebraice קָרוּא et כָּתוּב, id est « lectum, scriptum ».

LECTIONIS HEBRAICÆ EXERCITATIO.

Post literarum descriptionem vocaliumque punctorum, non abs re erit neque sine fructu, si linguæ sanctæ studiosorum oculis exercitationem aliquam subjiciamus : quem ad finem primum libri Ruth caput literis latinis transtulimus et versione juxta collata donavimus.

raHabh vajehi hasch-schophetim schephot b-îmé vajehi
רָעָב וַיְהִי הַשֹּׁפְטִים שְׁפֹט בִּימֵי וַיְהִי
fames fieret ut ,judicum regiminis diebus in accidit Et 1.

la-ghur jehudhah lehhem mibbeth isch vaijélekh ba-'arets
לָגוּר יְהוּדָה לֶחֶם מִבֵּית אִישׁ וַיֵּלֶךְ בָּאָרֶץ
commorandum ad Jehudah lehhem-Beth de homo abiit Et .terra in

bhanav u-schené ve ischtô hù moabh bi-sedhé
בְּשָׂדֵי מוֹאָב הוּא וְאִשְׁתּוֹ וּשְׁנֵי בָנָיו :
.ejus filii duo et ,ejus uxor et ipse ,Moab campo in

noHomi ischtô veschém elimelekh hâ'isch veschém
נָעֳמִי אִשְׁתּוֹ וְשֵׁם אֲלִימֶלֶךְ הָאִישׁ וְשֵׁם
,Nohomi ejus uxoris nomen et ,Elimelech viri nomen Et 2.

ephrathim ve-khilion mahhlon bhanav-schené veschém
אֶפְרָתִים וְכִלְיוֹן מַחְלוֹן שְׁנֵי־בָנָיו וְשֵׁם
, Ephrathæi ,Chilion et Mahlon ejus filiorum duorum nomen et

Digitized by Google

scham vai-ihiù mô'abh sedhé vai-iabhô'u jehudhah lehhem mibbéth
מִבֵּית לֶחֶם יְהוּדָה וַיָּבֹאוּ שְׂדֵי־מוֹאָב וַיִּהְיוּ שָׁם׃
.ibi fuerunt et , Moab campum sunt ingressi et ; Juda lehhem-Beth de

hî vattischscha'er noHomi isch elimelekh vai-iamoth
וַיָּמָת אֱלִימֶלֶךְ אִישׁ נָעֳמִי וַתִּשָּׁאֶר הִיא
ipsa fuit superstes et , Nohomi vir Elimelech est mortuus Et 3.

bhanêhâ u-schené
וּשְׁנֵי בָנֶיהָ
.ejus filiis duobus cum

Horpah hâ-ahhath schém mô'abhiioth naschim la-hem vai-isse'ù
וַיִּשְׂאוּ לָהֶם נָשִׁים מֹאֲבִיּוֹת שֵׁם הָאַחַת עָרְפָּה
, Horpa unius nomen ; Moabitidas uxores sibi acceperunt Et 4.

schanim ke-Heser scham vaijeschebhou rûth hasch-schénith veschém
וְשֵׁם הַשֵّנִית רוּת וַיֵּשְׁבוּ שָׁם כְּעֶשֶׂר שָׁנִים׃
.annis decem ferme ibi manserunt et ; Ruth alterius nomen et

vattischscha'er ve-chilion mahhlon schené-hem gham vaijamuthu
וַתִּשָּׁאֶר גַּם־שְׁנֵיהֶם מַחְלוֹן וְכִלְיוֹן וַיָּמֻתוּ
fuit superstes et , Chilion et Mahlon ipsi ambo etiam sunt mortui Et 5.

u-mé-ischah jeladhehâ mischschené hâ-ischschah
הָאִשָּׁה מִשְּׁנֵי יְלָדֶיהָ וּמֵאִישָׁהּ׃
.suo viro a et suis natis duobus a mulier

ki mô'abh missedhé vattaschobh vekhallothehâ hî vattaqom
וַתָּקָם הִיא וְכַלֹּתֶיהָ וַתָּשָׁב מִשְּׂדֵי מוֹאָב כִּי
quia , Moab campo e est reversa et , ejus nurus et ipsa surrexit Et 6.

Hammô eth ychovah phaqadh ki mô'abh bi-sedhé schameHah
שָׁמְעָה בִּשְׂדֵי מוֹאָב כִּי־פָקַד יְהוָה אֶת עַמּוֹ
, suum populum Dominus visitasset quod Moab campo in audierat

lahhem lahem latheth
לָתֶת לָהֶם לָחֶם׃
.panem eis dando

u-schté schammah hajethah ascher hammaqôm-min vattetsé
וַתֵּצֵא מִן־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר הָיְתָה־שָּׁמָה וּשְׁתֵּי
duæ et , ibi fuerat ubi loco e exiit Et 7.

Digitized by Google

el-erets laschubh bhadderekh vattélakhnah Himmah khallotheha
לָשׁוּב אֶל־אֶרֶץ בַּדֶּרֶךְ וַתֵּלַכְנָה עִמָּהּ כַּלֹּתֶיהָ
terram ad redeundo via in pergebant et , ea cum ejus nurus

jehudhah
יְהוּדָה :
.Juda

schôbhenah lékhenah khallotheha lischté noHomi vattômer
שֹׁבְנָה לֵכְנָה כַּלֹּתֶיהָ לִשְׁתֵּי נָעֳמִי וַתֹּאמֶר
redite , Ite : suis nuribus duabus Nohomi dixit Et 8.

Himmakhem yehovah jaHaseh immah lebhéth ischschah
עִמָּכֶם יְהוָה יַעֲשֶׂה אִמָּהּ לְבֵית אִשָּׁה
vobiscum Dominus Faciat .suæ matris domum in unaquæque

Himmadhi-ve hamméthim Him Hasîthem ka'ascher hhesedh
חֶסֶד כַּאֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם עִם־הַמֵּתִים וְעִמָּדִי :
.mecum et mortuis cum fecistis sicut , misericordiam

béth ischschah menûhhah u-metséna lakhem yehovah ittén
יִתֵּן יְהוָה לָכֶם וּמְצֶאן מְנוּחָה אִשָּׁה בֵּית
domo in unaquæque requiem invenite et vobis Dominus Det 9.

vattibhkénah qolan vattissénah lahen vattischschaq ischah
אִישָׁהּ וַתִּשַּׁק לָהֶן וַתִּשֶּׂאנָה קוֹלָן וַתִּבְכֶּינָה :
.fleverunt et suam vocem levaverunt Et .eas est osculata Et .sui viri

le-Hammékh naschubh ki-ittakh lah vattômarnah
לְעַמֵּךְ : נָשׁוּב כִּי־אִתָּךְ לָהּ וַתֹּאמַרְנָה
.tuum populum ad revertemur tecum Sed : ei dicebant Et 10.

thélakhnah lammah bhenôthaï schôbhenah noHomi vattômer
תֵּלַכְנָה לָמָּה בְּנֹתַי שֹׁבְנָה נָעֳמִי וַתֹּאמֶר
abiretis quare ; meæ filiæ , Revertimini : Nohomi dicebat Et 11.

ve-haju bemé Hai bhanim li ha-Hodh Himmi
וְהָיוּ בְּמֵעַי בָּנִים לִי הַעוֹד־לִי עִמִּי
sint futuri ut ,meis visceribus in filii (sunt) mihi ultra Nunquid ? mecum

la-anaschim lakhem
לָכֶם לַאֲנָשִׁים :
? mariti vobis

Digitized by Google

mihiôth zaqanti ki lekhena bhenothaï schôbenah
מִהְיוֹת זָקַנְתִּי כִּי לֵכֶן בְּנֹתַי שֹׁבְנָה
sim non jam ut ita ,senui quoniam ,abite ,meæ filiæ ,Revertimini 12.

hallajlah hajithi gam thikvah li jesch amarti ki le-isch
הַלַּיְלָה הָיִיתִי גַם תִּקְוָה לִי יֵשׁ־אָמַרְתִּי כִּי לְאִישׁ
nocte hac fui etiam , spes mihi Adest : dixerim Licet .viro alicui

bhanim jaladhti vegham le-isch
וְגַם יָלַדְתִּי בָנִים : לְאִישׁ
: filios peperi etiam et , viro alicui

ighdalu ascher Hadh tesabbérenah halahen
יִגְדָּלוּ אֲשֶׁר עַד תְּשַׂבֵּרְנָה הֲלָהֵן
? essent facti grandes donec expectaretis propterea Nunquid 13.

al le-isch hejôth lebhilti teHaghénah halahen
אַל לְאִישׁ הֱיוֹת לְבִלְתִּי תֵּעָגֵנָה הֲלָהֵן
, Minime ? viro alicui essetis non ut , occluderetis vos propterea An

iatse'ah ki mikkem me'odh li mar ki benôthai
יָצְאָה כִּי מִכֶּם מְאֹד לִי־מַר־לִי כִּי בְּנֹתַי
est egressa quia , vobis præ valde mihi est amarum quia , meæ filiæ

yehovah iadh bhi
בִּי יַד־יְהוָה :
.Domini manus me in

vattischschaq Hodh vattibhkênah qolan vattissênah
וַתִּשָּׂנָה קוֹלָן וַתִּבְכֶּינָה עוֹד וַתִּשַּׁק
est osculata Et .adhuc fleverunt et suam vocem levaverunt Et 14.

bah dabheqah ve-ruth la-hhamôthah Horpah
עָרְפָּה לַחֲמוֹתָהּ וְרוּת דָּבְקָה־בָּהּ :
.ei adhæsit Ruth sed ; suam socrum Horpa

el-Hammah jebhimtekh schâbhah hinneh vattômer
וַתֹּאמֶר הִנֵּה שָׁבָה יְבִמְתֵּךְ אֶל־עַמָּהּ
suum populum ad tua fratria est reversa Ecce : (Nohomi) dixit Et 15.

jebhimtekh ahharé schoubhi elôhêha-el-ve
וְאֶל־אֱלֹהֶיהָ שׁוּבִי אַחֲרֵי יְבִמְתֵּךְ :
.tuam fratriam post revertere : suos deos ad et

Digitized by Google

laschoubh leHozebhekh bhi-tiphgueHî-al ruth vattômer
לָשׁוּב לְעָזְבֵךְ לְעָזְבֵךְ־בִּי אַל־תִּפְגְּעִי־בִי רוּת וַתֹּאמֶר
revertar ut , te deseram ut , mihi insistas Ne : Ruth dixit Et 16.

talîni ou-bha-ascher élékh télekhi ascher-el ki meahharaïkh
תָּלִינִי וּבַאֲשֶׁר תֵּלְכִי אֵלֵךְ וּבַאֲשֶׁר תֵּלְכִי אֵל־אֲשֶׁר כִּי מֵאַחֲרֶיךָ
, permanseris ubicunque et , ibo , ieris quocunque quia , te post a

elohâi velohaikh Hammi Hammékh alîn
אֱלֹהָי : וֵאלֹהַיִךְ עַמִּי עַמֵּךְ אָלִין
.meus deus tuus deus et , meus populus tuus populus ; permanebo

jaHasèh koh èqqabhér vescham amuth tamuthi ba-ascher
יַעֲשֶׂה כֹּה אֶקָּבֵר וְשָׁם אָמוּת תָּמוּתִי בַּאֲשֶׁר
faciat Sic .sepeliar ibi et , moriar , fueris mortua Ubi 17.

béni japhridh hammaveth ki jôsiph vekhoh li yehovah
בֵּינִי יַפְרִיד הַמָּוֶת כִּי יֹסִיף וְכֹה לִי יְהוָה
me inter separabit mors quia , addat sic et mihi Dominus

ou-bhénékh
וּבֵינֵיךְ :
.te inter et

ittah lalèkheth hî mit'ammètseth ki vattérè
אִתָּהּ לָלֶכֶת הִיא מִתְאַמֶּצֶת כִּי־מִתְאַמֶּצֶת הִיא לָלֶכֶת וַתֵּרֶא
,secum pergeret ut esset obfirmata quod (Nohomi) vidit Et 18.

élêhâ ledhabbér vattehhdal
אֵלֶיהָ לְדַבֵּר וַתֶּחְדַּל לְדַבֵּר אֵלֶיהָ :
.eam ad loqui cessavit et

lahhem béth bô'-anah Hadh schtéhem vattélakhnah
בֵּית לָחֶם עַד־בּוֹאָנָה שְׁתֵיהֶם וַתֵּלַכְנָה
.lehhem-Beth venirent dum usque ipsæ ambæ perrexerunt Et 19.

vattômarnah Haléhen hâHir kol vattéhom
וַתֹּאמַרְנָה עָלֵיהֶן הָעִיר כָּל־הָעִיר וַתֵּהֹם
: (mulieres) dicebant et , eis super civitas tota est commota Et

noHomi hazôth
נָעֳמִי : הֲזֹאת
?Nohomi (est) hæc Nunquid

Digitized by Google

li qerêna noHomi li tiqrênah al aléhen vattômer
וַתֹּאמֶר אֲלֵיהֶן אַל־תִּקְרֶאנָה לִי נָעֳמִי קְרֶאן לִי
me vocate ; *Nohomi* me vocetis Ne : illis dicebat Et 20.

me'odh li schaddaï hémar ki mârâ
מָרָא כִּי־הֵמַר שַׁדַּי לִי מְאֹד :
.valde mihi Omnipotens fecit amarum quia , *Mara*

lammah yehovah heschîbani veréqam halakhti melé'ah ani
אֲנִי מְלֵאָה הָלַכְתִּי וְרֵיקָם הֱשִׁיבַנִי יְהוָה לָמָּה
Cur .Dominus me reduxit vacuam et , sum profecta plena Ego 21.

bhi Hanah vâdhonaï noHomi li thiqrênah
תִּקְרֶאנָה לִי נָעֳמִי יְהוָה וַיהוָה עָנָה בִי
, me contra tulerit sententiam Dominus quum , *Nohomi* me vocaretis

li héraH veschaddaï
הֵרַע־לִי : וְשַׁדַּי
.mihi fecerit male Omnipotens et

Himmah khallathah hammô'abiiah veruth noHomi vattaschobh
וַתָּשָׁב נָעֳמִי וְרוּת הַמּוֹאֲבִיָּה כַלָּתָהּ עִמָּהּ
ea cum ejus nurus Moabitis Ruth et Nohomi est reversa Et 22.

lehhem béth bâ'u vehémmah mô'abh missedhé haschschâbhah
הַשָּׁבָה מִשְּׂדֵי מוֹאָב וְהֵמָּה בָּאוּ בֵּית לֶחֶם
lehhem-Beth venerunt ipsæ et , Moab campo e reversa

seHorim qetsir bi-tehhillath
בִּתְחִלַּת קְצִיר שְׂעֹרִים :
.hordeorum messis principio in

CAPUT II.

DE NOMINE, PRÆFIXIS ET PRONOMINE.

Nomini accidunt *genus*, *numerus*, *casus*, et, apud Hebræos, *præfixa* casuum expressiva, sicut et *suffixa*,

Digitized by Google

quæ originem ducunt ex pronomine primitivo, et locum supplent pronominis possessivi. Unde, ut hæc omnia breviter et distincte explicentur, sit :

I. De genere.

Genera in nominibus hebraicis sunt tria : masculinum, femininum et commune ; pro quibus hæc sit regula :

Feminea הָ, תֶ, יתִ, וּת *gens, urbs, membra gemella.*
Mascula cetera pleraque sunt ; communia multa.

Sensus est : Feminini generis esse solent nomina terminata in הָ, sicut et in תֶ, יתִ, וּת, cum ת (ut plerumque fit) servili ; item nomina quæ significant gentes, urbes et membra gemella, qualia sunt oculi, aures, manus, etc. Hinc

Adjectiva feminina formantur a masculinis communiter, addendo הָ, ut טוֹב « bonus », טוֹבָה « bona » ; sed prius tollitur terminatio הֶ, ut יָפֶה « pulcher », יָפָה « pulchra ».

Aliquando addendo תֶ, ut אַחֵר « alius », אַחֶרֶת « alia » ; et utroque modo fit in participiis, ut suo loco videbimus.

Femininum per יתִ formant nomina ordinalia et gentilia terminata in י ; ut שֵׁנִי « secundus », שֵׁנִית « secunda » ; עִבְרִי « hebræus », עִבְרִית « hebræa ». Alio item modo, ut עִבְרִיָּה.

Genus neutrum (licet aliquando per masculinum) communiter exprimitur per femininum, ut notat S. Hieronymus ad finem cap. VII Eccles. Et hinc in psalmo dicitur : *Unam petii a Domino, hanc requiram.*

Digitized by Google

Gradus comparationis (ut, hos explicando, simul compleamus doctrinam de adjectivis) fiunt circumloquendo sic: טוֹב מִיַּיִן « bonum præ vino », i. e. melius vino; טוֹב מְאֹד « bonum valde », i. e. optimum; vel sic, יָפָה בַנָּשִׁים (Cant. I, 8) « pulchra in mulieribus », i. e. pulcherrima; sic, *benedicta tu in mulieribus*, i. e. *benedictissima mulierum.*

II. De Numero.

Numeri sunt tres : singularis, dualis et pluralis.

Dualis fit addendo יַם, ut יוֹם « dies », יוֹמַיִם « biduum »; sed nomina terminata in ָה prius mutant ה in ת, ut אַמָּה « cubitus », אַמָּתַיִם « duo cubiti ».

Pluralis in masculinis fit addendo ים, ut שִׁיר « canticum », pl. שִׁירִים; sed prius tollitur terminatio ֶה, ut פֶּה « os », פִּים « ora ».

Pluralis in femininis fit addendo syllabam וֹת, ut אוֹת « signum », pl. אוֹתוֹת; sed prius tollitur terminatio ָה, sicut et ת servilis, ut חוֹמָה « murus », pl. חוֹמוֹת; אִגֶּרֶת « epistola », pl. אִגְּרוֹת. Speciale est מַלְכוּת « regnum », pl. מַלְכֻיוֹת, sicut et אָמָה « ancilla », pl. אֲמָהוֹת, retento ה.

Anomala.

1. Quædam nomina habent singularem numerum tantum, ut nomina propria, appellativa, metallorum, etc.

2. Quædam dualem tantum, ut מַיִם « aqua », שָׁמַיִם « cœli », etc.

3. Quædam pluralem tantum, ut חַיִּים « vita », פָּנִים « facies », etc.

Digitized by Google

4. Quædam habent terminationem masculinam in singulari, et femininam in plurali, ut אָב « pater », pl. אָבוֹת.

5. Quædam e contra, ut יוֹנָה « columba », pl. יוֹנִים.

6. Quædam in plurali habent utramque terminationem, ut צָבָא « exercitus », pl. צְבָאִים vel צְבָאוֹת; דּוֹר « ætas, generatio », pl. דּוֹרִים vel דּוֹרוֹת, etc.

III. De Casu.

Casus genitivus exprimitur per *regimen*.

Quoties enim, in lingua latina, ex duobus substantivis concurrentibus, posterius debet esse in genitivo casu, toties, in hebraica, prius dicitur esse in regimine, seu in statu constructo. Regimen autem mutat terminationem הָ in תַ, ut מַלְכָּה « regina », מַלְכַּת שָׁמַיִם « regina cælorum ». Item terminationem pluralem ים et dualem יִם mutat in יֵ, ut חַיִּים « vita », חַיֵּי אַבְרָהָם « vita Abrahami »; עֵינַיִם « oculi », עֵינֵי יוֹנִים « oculi columbarum ».

Accusativus exprimitur per particulam אֶת.

Reliqui casus exprimuntur per literas quasdam nominibus præfixas, quas simul cum aliis præfixis, quæ frequenter occurrunt, nunc breviter explicabo.

IV. De Præfixis.

Sunt septem literæ (comprehensæ his vocibus מִשֶּׁהוְכָלֵב) quæ, quia præfigi solent, vocantur *præfixa*. Quid significent dum præfiguntur, et quibus punctis instrui debeant, tabula subjecta indicabit.

Digitized by Google

	SIGNIFICATIO.	MODUS PRÆFIGENDI.
מ	*A, e, præ,*	per . infixo daghesh forti in litera sequente.
שׁ	*Qui, quæ, quod,*	per ∴ infixo daghesh forti in litera sequente.
ה	*ὁ, ἡ, τὸ,*	per _ infixo daghesh forti in litera sequente.
ו	*Et,*	communiter per scheva.
כ	*Sicut,*	communiter per scheva.
ל	*Ad,* signum dativi,	communiter per scheva.
ב	*In,*	communiter per scheva.

De daghesh autem infigendo, hic et alibi passim locum habet hæc

Regula generalis.

Si litera quæ deberet dagheshari non potest recipere daghesh, compensatio debet fieri mutando punctum *breve* præcedens in *longum*, i. e. . in .., ֶ in ָ, _ in ֵ. Sed ad pleniorem notitiam de his *præfixis*, sit

APPENDIX I.

De הַ.

Juxta dicta, הַ demonstrativum præfigitur per pathach, sequente daghesh, et, ob daghesh exclusum, pathach, juxta regulam generalem, mutatur in kametz. Observandæ tamen sunt hæ

Regulæ speciales.

1. הַ demonstrativum ante literas הָ, חָ et מָ schevatum participii, quæ excludunt daghesh, præfigitur per pathach,

Digitized by Google

et sic nulla fit compensatio ; imo pathach ante ה et ח raro mutatur in kametz ob compensationem.

2. Ante הָ et עָ kametzatas in penultima syllaba existentes, et ante חָ kametzatam sive in penultima, sive alibi, pathach mutatur in sægol.

3. ה præfixum aliquando est *interrogativum.* Tunc autem communiter præfigitur per ־ֵ, ut הֲלֹא « an non? »

APPENDIX II.

De ו.

Dictum est quod ו præfigatur communiter per scheva. Observandæ tamen sunt hæ

Regulæ speciales.

1. Ante literas schevatas aut labiales, mutari solet in וּ, et schurek illud habetur pro brevi.

2. Quando ו copulat nomina quorum posterius est monosyllabon aut milhel, præfigitur per ־ֹ etiam ante labiales.

3. Aliquando ו non tantum copulat, sed, quoad significationem, convertit præteritum in futurum, et contra.

ו conversivum præteriti præfigitur juxta regulas jam datas; sed in 1. et 2. pers. sing. trajicit accentum in ultimam syllabam, ut וְאָמַרְתָּ « et dices », וְשָׁמַרְתִּי « et custodiam ». Excipe verba quiescentia *lamed-aleph* et *lamed-he.*

ו conversivum futuri præfigitur per ־, sequente daghesh. ו autem futuri schevatum non recipit daghesh, nec ulla fit compensatio.

Nota. Hoc ו conversivum futuri sæpe retrahit accen-

Digitized by Google

tum, et simul mutat ultimum ־ aut ־ in ־, sicut et ultimum ו aut ו in kametz-chatuph, ut וַיָּקָם וַיְבָרֶךָ a יָקוּם יְבָרֶךָ. Aliquando etiam mutat ultimum ו in ־ ante gutturales et ר.

APPENDIX III.

De literis כ ל ב.

Præfiguntur communiter per scheva, ut dictum est. Observandæ tamen sunt hæ

Regulæ speciales.

1. Ante ו schevatum habent chirek, et hoc juxta regulam generalem tradendam cap. sequenti. Insuper autem abjicitur scheva ipsius ו, et sic, pro duplici scheva, manet unum chirek, ut בִּיהוּדָה « in Judæa », loco dicendi בְּיְהוּדָה.

2. Sæpe excludunt ה demonstrativum, et succedentes punctum ejus assumunt, ut לַמֶּלֶךְ « regi », pro לְהַמֶּלֶךְ.

3. Ante verba infinitiva, si sint monosyllaba aut milhel, ל præfigitur per kametz; sic etiam aliquando ante nomina monosyllaba et milhel.

V. De Pronomine primitivo.

Pronomina primitiva sunt *perfecta*, quia declinantur cum genere et numero, habentque suo modo casus per præfixa exprimendos, ut in tabula sequenti :

Digitized by Google

Ego, *com.*	אֲנִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי
Tu, *masc.*	אַתָּה	Formatur a dativo, mere præfigendo ש more solito.	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמְּךָ
Tu, *fem.*	אַתְּ		לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ
Ille,	הוּא		לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
Illa,	הִיא		לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה
Nos, *com.*	אֲנַחְנוּ		לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
Vos, *masc.*	אַתֶּם		לָכֶם	אֶתְכֶם	מִמְּכֶם
Vos, *fem.*	אַתֶּן		לָכֶן	אֶתְכֶן	מִמְּכֶן
Illi,	הֵם		לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם
Illæ,	הֵן		לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן

Annotationes.

1. Frequenter dicitur אָנֹכִי pro אֲנִי. 2. Aliquando per aphæresin, נַחְנוּ pro אֲנַחְנוּ. 3. Poetice לָמוֹ pro לָהֶם. 4. Cum ה paragogico, הֵמָּה, הֵנָּה, אַתֶּנָּה, pro הֵם, הֵן, אַתֶּן. 5. Abjecto altero מ, מִנִּי pro מִמֶּנִּי, etc.

Huc reducuntur alia pronomina.

1. *Demonstrativum.* Sing. masc. זֶה « hic, iste » ; sing. fem. זֹאת, זֶה, זוֹ ; sing. com. זוּ ; pl. com. אֵל, אֵלֶּה « hi » et « hæ ».

2. *Relativum* אֲשֶׁר omn. gen. et num., ut præfixum שׁ.

3. *Interrogativum.* De persona, מִי « quis? quæ? » et de alia re quavis, מָה, מַה, מֶה « quid? »

Digitized by Google

VI. De Pronomine possessivo, seu suffixis.

Pronomina possessiva sunt particulæ desumptæ ex primitivis, et, quia nominibus suffigi solent, dicuntur *suffixa.* Non variantur ob diversum genus nominis cui suffiguntur, sed ob diversum genus personæ possidentis, ut patet ex tabula sequenti :

	NOMEN SINGULARE.			NOMEN PLURALE.		
	PERSONÆ.	SUFFIXA.	שִׁיר	PERSONÆ.	SUFFIXA.	שִׁירִים
SUFFIXA SINGULARIA.	1. com.	יִ	שִׁירִי	1. com.	יַ	שִׁירַי
	2. masc.	ךָ	שִׁירְךָ	2. masc.	ֶיךָ	שִׁירֶיךָ
	2. fem.	ךְ	שִׁירֵךְ	2. fem.	ַיִךְ	שִׁירַיִךְ
	3. masc.	וֹ	שִׁירוֹ	3. masc.	ָיו	שִׁירָיו
	3. fem.	הָ	שִׁירָהּ	3. fem.	ֶיהָ	שִׁירֶיהָ
SUFFIXA PLURALIA.	1. com.	נוּ	שִׁירֵנוּ	1. com.	ֵינוּ	שִׁירֵינוּ
	2. masc.	כֶם	שִׁירְכֶם	2. masc.	ֵיכֶם	שִׁירֵיכֶם
	2. fem.	כֶן	שִׁירְכֶן	2. fem.	ֵיכֶן	שִׁירֵיכֶן
	3. masc.	ם	שִׁירָם	3. masc.	ֵיהֶם	שִׁירֵיהֶם
	3. fem.	ן	שִׁירָן	3. fem.	ֵיהֶן	שִׁירֵיהֶן

Annotationes.

1. Nomina singularia terminata in ֶה hanc terminatio-

Digitized by Google

nem abjiciunt antequam adjungatur suffixum, ut שָׂדֶה « ager », שָׂדִי « ager meus ».

2. Terminata autem in ה mutant ה in ת, ut מַלְכָּה « regina », מַלְכָּתִי « regina mea »; פֶּחָה « dux », פַּחָתְךָ « dux tuus ».

3. Nomina pluralia terminata in וֹת, ut מַלְכּוֹת « reginæ », אָבוֹת « patres », sumi possunt tanquam masculina singularia, ut inde fiant pluralia מַלְכּוֹתִים, אֲבוֹתִים; si enim his pluralibus fictis jungantur suffixa more solito, omnia recte se habebunt, ut מַלְכּוֹתַי, מַלְכּוֹתֶיךָ « reginæ meæ, tuæ », etc.; אֲבוֹתַי, אֲבוֹתֶיךָ « patres mei, tui », etc. Sed hujusmodi nomina recipiunt etiam suffixa ם et ן, ut מַלְכּוֹתָם « reginæ eorum », אֲבוֹתָן « patres earum ».

APPENDIX

De formatione nominum.

Nomina formantur a verbis diversimode :

1. Per meram mutationem punctorum, ut מֶלֶךְ « rex », a verbo מָלַךְ « regnavit ».

2. Per repetitionem alicujus literæ radicalis, ut קָדְקֹד « vertex », a verbo קָדַד « inclinavit verticem ».

3. Per literas הֵיאֲמַנְתִּי superadditas. Ex his autem literis, א et מ præponi solent, ה postponi, reliquæ præponi vel postponi.

Variæ etiam sunt nominum classes, per analogiam ad varias conjugationes verborum. Nomina autem derivata a verbis imperfectis sequuntur, ut plurimum, illorum anomalias seu irregularitates, de quibus postea.

Digitized by Google

CAPUT III.

DE MUTATIONE PUNCTORUM.

In capite præcedenti, ut facilior esset doctrina illa generalis, eligendo exempla in quibus non requirebatur punctorum mutatio, studiose vitavimus hanc difficultatem, quæ, ut plerisque videtur, est hujus linguæ præcipua. Nunc autem, ut eam enodemus, sit

I. De mutatione ob accentum.

Ob accentum distinctivum, præcipue si sit unus ex majoribus, varia fit mutatio, punctis propter pausam productis.

1. Generaliter pathach præcedens mutatur in kametz, ut אֱלֹהָי « Deus meus », pro אֱלֹהַי ; אָמָר « dixit », pro אָמַר.

2. In nominibus, scheva mutatur in ־, retracto accentu, ut פְּרִי » fructus », pro פִּרְיִ ; quod frequenter fit ante suffixum ךָ, ut יְדֶךָ « manus tua », pro יִדְךָ. Sic ־ִ aliquando mutatur in cholem, ut חֹלִי « morbus », pro חֳלִי.

Item ־ְ præcedens sæpe mutatur in ־, ut שֶׁמֶשׁ « sol », pro שְׁמֶשׁ ; sic aliquando in verbis, ut לָשֶׁבֶת « sedere », לָשְׁבֶת.

Unum est nomen, אֶרֶץ « terra », quod, quando ei præfigitur ה, semper mutat prius ־ְ in kametz, licet non adsit accentus distinctivus. E contra, מֶלֶךְ « rex » et צֶדֶק « justitia » nunquam mutantur ob accentum.

Digitized by Google

3. In verbis, scheva mutatur in punctum longum ex quo ortum habuit, retracto accentu, ut יִמְסָרוּ « tradent », pro יִמְסְרוּ, a fut. sing. יִמְסוֹר. Illud autem scheva mutandum, si ortum habuit ex brevi, mutatur in longum simile, ut מָסָרוּ « tradiderunt », pro מָסְרוּ, a sing. מָסַר.

Makkaph e contra mutare solet puncta longa in similia brevia, i. e. ַ in ־, ָ in ֻ, ָ in kametz-chatuph, ut מַה־ « quid », pro מָה; אֶת־כָּל־ « totum », pro אֶת כֹּל.

II. De mutatione ob alias causas.

Præter accentum, quatuor sunt causæ ob quas sæpe mutantur puncta in nominibus, i. e. *suffixum, regimen, numerus* (dualis aut pluralis), *genus femininum*, quando in adjectivis genus femininum formatur ex masculino; et (generatim loquendo de mutatione ob istas causas) quatuor tantum sunt puncta mutabilia, i. e. ַ ֶ ֹ ָ, nec nisi in ultima vel penultima syllaba. Mutantur autem quatuor dicta puncta ob quatuor dictas causas, juxta regulas sequentes :

Pro ַ ֹ ֶ in penultima.

Regula. *Kametz, tzere, sægol, quando sunt in penultima syllaba, debent mutari in scheva, ob quamlibet ex dictis quatuor causis.*

Fit tamen exceptio : quia regimen singulare retinet sægol, et tzere similiter, quando constituit quinque puncta, ut in nomine עֵגֶל « vitulus ».

Pro eisdem in ultima syllaba.

1. Regula. *Kametz ultimum mutatur in singulari in*

Digitized by Google

- *ob regimen, et cum affixis* כֶם, כֶן; *in plurali vero mutatur in* ֵ *ob regimen, et cum affixis* כֵם, כֵן, *et* הֵם, הֵן.

2. Regula. *Tzere ultimum, si præcedat* ֶ, *mutatur ut kametz; si præcedat aliud punctum in regim. sing., manet immotum; alias semper mutatur in* ֵ.

3. Regula. *Sægol ultimum (extra regim. sing., ubi manet) fere mutatur in* ֵ, *præterquam in plurali tam status absoluti, quam in affixis aliis ab* הֵם, הֵן, כֵם, כֵן, *in quibus mutatur in* ֶ.

Pro וֹ.

Regula. *Cholem non mutatur, nisi sit in penultima syllaba et veniat ante sægol aut pathach. Tunc autem mutatur in* o *brevissimum, seu chateph-kametz.*

Excipitur tamen regimen singulare, ubi proinde nulla fit mutatio.

Nota 1. Pathach *vicarium* τοῦ ֵ habetur pro ֶ, et easdem leges sequitur. Est autem pathach vicarium τοῦ sægol, quando venit sub vel ante gutturalem in dictione milhel, ut בַּעַל « dominus », pro בֶּעֶל; פֶּסַח « pascha », pro פֶּסֶח.

Nota 2. Sæpe contingit ut mutatio facta juxta regulas præcedentes (licet primo et per se debita) corrigenda sit juxta regulas assignandas in paragrapho sequenti.

III. Regulæ generales pro scheva.

1. Regula. *Scheva simplex, licet quiescens, raro, mobile autem nunquam ponitur sub gutturali; sed, loco ejus, poni debet scheva compositum.* Hoc autem scheva

Digitized by Google

compositum plerumque est ־ֹ, aut aliud affine puncto præcedenti.

Hinc obiter evincitur dari o *brevissimum*, seu punctum compositum, quod vocavimus *chateph-kametz;* nam sicut cetera puncta composita, sic ־ֹ ponitur pro ־ְ sub gutturalibus, præsertim post o *breve*. Sic dicitur אָהֳלוֹ *oholo* « tabernaculum ejus », pro אָהְלוֹ *ohlo,* ab אֹהֶל. Et similiter fit per totam conjugationem *hophal,* quando prima radicis est gutturalis.

2. Regula. *Punctum compositum, ante aliud scheva, amittit suum,* ut ex מַעֲשֶׂה « opus » fit מַעֲשֶׂךָ « opus tuum », pro מַעֲשִׂךָ. In pausa autem esset מַעֲשֶׂךָ.

3. Regula. *Scheva simplex non legitur ante aliud scheva, sive simplex, sive compositum.* Sed 1. scheva simplex ante aliud scheva simplex mutatur *communiter* in chirek parvum; *frequenter* in pathach, præsertim sub vel ante gutturalem; *aliquando* in sægol, præsertim si scheva mutandum originem ducat ex tzere. 2. Scheva simplex ante scheva compositum mutatur in punctum affine ipsi composito, ut וַאֲנִי « et ego », בֶּאֱמֶת « in veritate », בָּעֳנִי « in afflictione ».

Hinc oritur *specialis contractio,* ut dicatur בַּאדוֹנָי « in Domino », pro בַּאֲדוֹנָי, et בֵּאלֹהִים « in Deo », pro בֵּאֱלֹהִים. Sic frequens est לֵאמוֹר « dicere », pro לֵאֱמוֹר.

Mutatio ergo punctorum, facta juxta regulas datas in paragrapho præcedenti, debet ita corrigi juxta has ultimas tres regulas generales, ut neque scheva simplex legatur

Digitized by Google

sub gutturali, neque legatur scheva simplex sive compositum ante aliud scheva; et sic mutatio redditur completa.

IV. Exempla mutationis completæ.

Patet ex regulis de mutatione punctorum, quod eadem mutatio quæ fit pro regimine seu forma constructa, inserviat etiam suffixis כֶם, כֶן, הֶם, הֶן, cum interim reliqua suffixa sequantur potius formam absolutam. Hinc quatuor illa suffixa vocabo *constructa*, reliqua vocabo *absoluta*; et ut res magis adhuc pateat, adjungam exempla, juxta varias nominum classes:

Sing. דָּבָר « verbum », cum suffixis *absolutis*, דְּבָרִי, etc.
Regim. דְּבַר, et sic suffixa *constructa*, ut דִּבְרֵכֶם.
Pl. דְּבָרִים, et sic suffixa *absoluta*, ut דְּבָרַי.
Regim. דִּבְרֵי, et sic suffixa *constructa*, ut דִּבְרֵיכֶם.
Sing. שָׁכֵן « vicinus », cum *absolutis*, ut שְׁכֵנִי, etc.
Regim. שְׁכֵן, et sic cum *constructis*, ut שְׁכֵנְכֶם.
Pl. שְׁכֵנִים, et sic cum *absolutis*, ut שְׁכֵנַי.
Regim. שִׁכְנֵי, et sic cum *constructis*, ut שִׁכְנֵיכֶם.

בֶּגֶד vestis, מֶלֶךְ rex, עֵגֶל vitulus, קֹדֶשׁ sanctitas, nil mutant ob regim. sing., sed cum omnibus suffixis sic:

בִּגְדִי מַלְכִּי עֶגְלִי קָדְשִׁי

In plurali,

בְּגָדִים מְלָכִים עֲגָלִים קָדָשִׁים

et sic cum suffixis absolutis, ut

בִּגָּדַי מְלָכַי עֲגָלַי קָדָשַׁי

Regim. plur.

בִּגְדֵי מַלְכֵי עֶגְלֵי קָדְשֵׁי

Digitized by Google

et sic cum suffixis constructis, ut

קָדְשֵׁיכֶם עֶגְלֵיכֶם מַלְכֵיכֶם בִּגְדֵיכֶם

צְדָקָה « justitia ». Suffixa absoluta, ut צִדְקָתִי.

Regim. צִדְקַת. Suffixa constructa, ut צִדְקַתְכֶם.

Pl. צְדָקוֹת, quasi a sing. צְדָק, quia, ut dictum est cap. II, n. 2, ה tollitur priusquam addatur וֹת.

Regim. צִדְקוֹת, pl. fictum (de quo cap. II) צִדְקוֹתִים, unde omnia suffixa, ut צִדְקוֹתַי, צִדְקוֹתֶיךָ, etc.

Eamdem formam sequitur שִׁפְחָה « ancilla », cum aliis multis similiter contractis; nam (quasi esset in singulari שִׁפָּחָה) fit in plurali absoluto שִׁפָּחוֹת.

APPENDICES

DE PUNCTORUM MUTATIONE ANOMALA.

Inter legendum, multæ occurrunt punctorum mutationes anomalæ, quarum præcipuas in his appendicibus breviter explicabo.

APPENDIX I.

De accentu distinctivo.

Accentus distinctivi, præcipue majores *soph-pasuk* et *athnak*, faciunt

לָךְ	pro	לְךָ	עָתָה	pro	עַתָּה
אוֹתָךְ	—	אוֹתְךָ	אָתָה	—	אַתָּה
מִמָּךְ	—	מִמְּךָ	אָנוֹכִי	—	אֲנוֹכִי
בָּךְ	—	בְּךָ	אָנִי	—	אֲנִי

In illis transponuntur puncta, et syllabarum numerus contrahitur; in istis producuntur puncta, et accentus retrahitur.

Digitized by Google

APPENDIX II.

De nominibus ortis ex defectivis ע.

Hæc nomina nil solent mutare ob regimen sing.; sed aucta a fine per suffixum, numerum pluralem aut terminationem femininam, habent daghesh ad significandum defectum, et punctum longum præcedens mutatur in breve, i. e. ָ in ַ, ֶ in ֲ.

Sic שָׂק « saccus », suffix. שַׂקִּי; תָּם « perfectus, integer », pl. תַּמִּים, fem. תַּמָּה.

לֵב « cor », לִבִּי « cor meum »; חֵן « gratia », חִנּוֹ « gratia ejus ».

עֹז « robur », עֻזִּי « robur meum »; תֹּם « perfectio », תֻּמִּי, etc.

In his autem nominibus, ָ repertum sub augmento antecedente manet; ut מָגֵן « clypeus », a גָּנַן « protexit », pl. מָגִנִּים, suffix. מָגִנִּי, etc. Excipitur מָחוֹל « chorus ».

Nomina sequentia,

פַּת buccella,	חַת terror,	סַף limen,
מַס tributum,	בַּז præda,	גַּת torcular,
צַד latus,		

aucta a fine, mutant ַ in ּ, sequente daghesh; sic pl. פִּתִּים « buccellæ », etc.

Ad defectiva reducuntur

בַּת « filia », pro בֶּנֶת, suffix. בִּתִּי, etc., pl. בָּנוֹת, et cetera inde regulariter.

אֱמֶת « veritas », pro אֱמֶנֶת, suffix. אֲמִתִּי, etc.; אַף « facies, nasus, ira », pro אַנְף, suffix. אַפִּי.

Digitized by Google

APPENDIX III.

De nominibus ortis ex quiescentibus ע.

Sequentia nomina,

1. מָוֶת mors, תָּוֶךְ medium, אָוֶן iniquitas, contrahuntur per ו, ut מוֹתִי « mors mea », etc.

2. שׁוֹר bos, שׁוּק platea, דּוּד canistrum, in pl. dilatantur per ו mobile, ut שְׁוָרִים « boves », etc.

Sed זַיִת « oliva », עַיִן « oculus », et cetera hujusmodi, contrahunt - et · in unum ··, ut זֵיתִים « olivæ », עֵינַי « oculus meus ».

Excipe vero

חַיִל robur, exercitus, עַיִר pullus asini,
תַּיִשׁ hircus, בַּיִת domus,

quæ in pl. habent

חֵילִים עֲיָרִים תְּיָשִׁים בָּתִּים

שַׁיִת « vepres » habet, cum suffixo ·, שִׁיתוֹ.

Tandem,

עִיר civitas, רֹאשׁ caput, יוֹם dies,

habent in pl.

עָרִים רָאשִׁים יָמִים

per ִ immutabile, per ַ mutabile.

APPENDIX IV.

De nominibus ortis ex quiescentibus lamed-he.

1. Dissyllaba quædam terminata in ֶה et וֹת, non mutant ַ in penultima :

אָלָה « juramentum », cum suffix. אָלָתִי.
בָּרוֹת « esca », etc. — בָּרוֹתִי

Digitized by Google

Huc reducuntur רָמָה et רָמוּת « excelsum » ; item רָעָה « malum », צָרָה « angustia », et alia quædam similia.

2. Nomina finita in ה, ut מִקְנֶה « possessio », a קָנָה « possedit », ob regim. sing. mutant ־ in ־, ut מִקְנֵה צֹאן « possessio pecoris » ; aucta a fine amittunt ה, unde fit in plurali מִקְנִים ; denique recipiunt suffixum verbale הוּ, ut מִקְנֵהוּ « possessio ejus ».

3. Quædam monosyllaba variantur, ut sequitur :

אָב « pater » ; suffixa absoluta אָבִי, אָבִיךָ, אָבִיךְ « pater meus », etc., vel אָבִיהוּ, אָבִיהָ, אָבִינוּ « pater eorum », etc.

Regim. sing. אֲבִי ; suffixa constructa אֲבִיכֶם, etc.

Pl. אָבוֹת ; regim. אֲבוֹת ; suffixa regulariter.

אָח « frater », ut אָב, sed in pl. אַחִים ; regim. אַחֵי.

חָם « socer », ut אָב, sed in Bibliis tantum חָמִיךָ, חָמִיהָ.

דָּם « sanguis », omnia regulariter, præter דְּמֵכֶם.

יָד « manus », nil irregulariter, præter יֶדְכֶם, יֶדְכֶן.

פֶּה « os », regim. sing. פִּי, suffixa פִּי, פִּיךָ, etc., ut in אָב ; in plur. פִּים, פִּיוֹת, פִּיוֹת, פִּיפִיוֹת.

שֶׂה « agnus », regim. שֵׂה, suffixa שִׂיוֹ et שִׂיהוּ.

בֵּן « filius », regim. בֶּן vel בֵּן, pl. בָּנִים, cetera regul.

שֵׁם « nomen », regim. שֶׁם, pl. שֵׁמוֹת, cetera regul.

APPENDIX V.

De kametz.

1. שָׁלִישִׁים « tribuni », שָׁבֻעִים « septimanæ », retinent ־, ut distinguantur a שְׁלִישִׁים « tertiani » et a שְׁבֻעִים « jurati ».

Digitized by Google

2. אִכָּרִים « agricolæ », חַטָּאִים « peccatores », חֲרָשִׁים et alia quædam similia, ubique retinent ַ.

Nota. חֲרָשִׁים est ejusdem formæ cum חַטָּאִים; primum enim ַ ponitur pro ָ, ad compensandum daghesh exclusum ex ר.

3. קָטָן « parvus », גָּמָל « camelus », אוֹפָן « rota », מִשְׂגָּב « refugium », שָׁפָן « cuniculus », et alia quædam similia, euphoniæ gratia, mutant ultimum ַ in ָ, sequente daghesh, ut קְטַנִּים, etc.

APPENDIX VI.

De tzere.

Hæc et quædam similia retinent ֵ :

אֲפֵלָה caligo, שְׁאֵלָה petitio, חֲפֵצִים volentes,
בְּרֵכָה piscina, אֲבֵלִים lugentes, שְׁכֵחִים obliviscentes.
גְּזֵלָה rapina, שְׂמֵחִים lætantes.

Item בְּאֵר « puteus » et similia frequentius retinent ֵ.

Hæc autem constanter :

רֵאשִׁית principium, אֵיבָה inimicitia, הֵיכָל templum, et omnia ubi ֵ sic venit ante quiescentem.

Nota. חֵרֵשׁ « surdus » est ejusdem formæ cum אִלֵּם « mutus »; primum enim ֵ ponitur pro ִ, ob daghesh exclusum ex ר, et ideo manet in plurali חֵרְשִׁים.

APPENDIX VII.

De sægol.

Sægol in dualibus ubique mutatur in scheva, ut אֹזֶן « auris », dual. אָזְנַיִם, suffixa omnia ut אָזְנַי, etc.

Digitized by Google

Nota. גֶּחָל (unde plur. גֶּחָלִים « prunæ »), sicut et פֶּחָם « carbo », sunt ejusdem formæ cum גַּנָּב « fur »; illud enim ־ ponitur pro ־ ante חָ (ut dictum est p. 19), et ideo ־ illud manet, quamdiu manet ח kametzatum. At quando mutatum fuerit ־ sub ח, tunc etiam ־, excluso ־, sedem sibi debitam occupat; unde dicitur in regimine, גַּחֲלֵי־אֵשׁ « prunæ ignis ».

APPENDIX VIII.

De cholem.

1. בֹּקֶר « mane », פֹּעַל « actio », קֹמֶץ « pugillus », רֹמַח « spiculum », רֹתֶם « juniperus », in plurali absoluto mutant cholem in scheva, ut בְּקָרִים, etc.

2. אֹהֶל « tabernaculum », כּוֹבַע « galea », פֹּעַל « actio », in plur. absoluto et cum suffixis aliquando retinent cholem.

Cetera hujus formæ nomina, juxta regulam generalem, mutant cholem in ־, quod (sicut cetera puncta composita) ante aliud scheva amittit suum, et sic transit in *o* breve. Aliquando tamen transit in ־, ut גָּדְלוֹ « magnitudo ejus », a גֹּדֶל.

Cholem ultimæ syllabæ sæpe, euphoniæ gratia, mutatur in ־ sequente daghesh, ut אָדוֹם « rufus », plur. אֲדֻמִּים. Sic :

חַרְטֹם magnus, נָקוֹד punctatum, עָקוֹב fraudulentum,
עָרוֹם } nudus, קַרְדֹּם securis, עָמוֹק profundum.
עֵירוֹם } עָקוֹד variegatum,

Præter omnem regulam, ab אֱנוֹשׁ « homo » fit in pl. אֲנָשִׁים.

Digitized by Google

CAPUT IV.

DE VERBO PERFECTO.

Verba apud Hebræos habent duo tempora, *præteritum* et *futurum*. Pro *præsenti* utuntur participio, quod ideo vocatur *benoni*, seu intermedium, quia medium est inter præteritum et futurum. Dicunt v. g. *ego tradens, tu tradens*, etc., pro *trado, tradis*, etc.

Sunt quatuor conjugationes :

1. *Kal* seu *pahal*, cujus passiva est *niphal;*
2. *Pihel*, cujus passiva *puhal;*
3. *Hiphil*, cujus passiva *hophal;*
4. *Hithpahel*, quæ, quia est reciproca, non habet passivam.

Hæc autem conjugationum nomina ortum ducunt ex antiquo paradigmate פָּעַל.

Idem verbum inflectitur per omnes illas conjugationes; sed sic acquirit diversas significationes, v. g. מָסַר

In 1. conjug. unde significat actionem, i. e. *tradidit*, vel passionem נִמְסַר « traditus est ».

In 2. additur emphasis : מִסֵּר « diligenter tradidit », מֻסַּר « diligenter traditus est ».

In 3. significat actionem, mediante alia actione vel

Digitized by Google

passione : הִמְסִיר « fecit tradere », הָמְסַר « factus est tradere ».

In 4. significat actionem reciprocam : הִתְמַסֵּר « tradidit se ipsum ».

Nota 1. Conjugatio *niphal* plerumque reflexam habet significationem, ut לֹא נִשְׁמַר « non custodivit se ».

2. *Pihel.* Verba quæ in *kal* sunt neutra, in *pihel* notant actionem transeuntem in alium, sive transitiva fiunt, ut לָמַד « didicit », לִמֵּד « discere fecit », vel « docuit ». Quæ autem in *kal* sunt activa, præter sensum intensiorem jam notatum in *pihel*, obtinent vel *iterativum*, ut הִלֵּךְ « sæpe ivit », vel *declarativum*, ut צִדֵּק « declaravit aut existimavit justum », vel *privativum* sensum, ut דִּשֵּׁן « removit cineres ». Sed hæc ultima significatio nonnisi verbis a nominibus derivatis competit.

3. *Hiphil* quoad significationem non differt a *pihel*, nisi quod actionem sæpius notat non tam immediatam, sed præcipiendo, suadendo vel impellendo productam. In paucis sensum habet pure intransitivum, ut הִשְׁכִּים « mane surrexit », vel intensiorem, ut יַאֲדִימוּ « valde rubra sunt ».

4. *Hithpahel.* Hæc conjugatio, præter significationem reciprocam, notat quoque actionem fictam et simulatam, ut הִתְחַלָּה « egit ægrotum, ægrotare se finxit ».

Quandoque frequentationem, assiduitatem et continuationem actionis designat, ut הִתְהַלֵּךְ « itavit », vel « ambulavit, huc illuc incessit ».

Sic plerumque ob varias conjugationes variatur verbo-

Digitized by Google

rum significatio. Quando aliter continget, lexicon indicabit. Hoc specialiter notari potest, quod verba quæ in *kal* sunt neutra, in *pihel* fiant activa. Quid autem quæque conjugatio contineat, sequens tabula exhibebit simul cum paradigmate, ad cujus normam conjugari debent omnia verba perfecta. Si *kal* accurate discatur, ut debet, nulla fere restabit difficultas in *niphal* ceterisque conjugationibus addiscendis : ipsa conjugationum nomina *niphal, pihel,* etc., primam vocem suggerent, et reliquæ quasi sponte venient ad imitationem ipsius *kal,* præsertim si prius legeris adnotationes subjungendas.

Digitized by Google

HITHPAHEL	HOPHAL	HIPHIL	PUHAL
	PRÆTERITUM.		
הִתְמַפֵּר	הָמְסַר	הִמְסִיר	מֻפַּר
הִתְמַפְּרָה	הָמְסְרָה	הִמְסִירָה	מֻפְּרָה
הִתְמַפַּרְתָּ	הָמְסַרְתָּ	הִמְסַרְתָּ	מֻפַּרְתָּ
הִתְמַפַּרְתְּ	הָמְסַרְתְּ	הִמְסַרְתְּ	מֻפַּרְתְּ
הִתְמַפַּרְתִּי	הָמְסַרְתִּי	הִמְסַרְתִּי	מֻפַּרְתִּי
הִתְמַפְּרוּ	הָמְסְרוּ	הִמְסִירוּ	מֻפְּרוּ
הִתְמַפַּרְתֶּם	הָמְסַרְתֶּם	הִמְסַרְתֶּם	מֻפַּרְתֶּם
הִתְמַפַּרְתֶּן	הָמְסַרְתֶּן	הִמְסַרְתֶּן	מֻפַּרְתֶּן
הִתְמַפַּרְנוּ	הָמְסַרְנוּ	הִמְסַרְנוּ	מֻפַּרְנוּ
	FUTURUM.		
אֶתְמַפֵּר	אָמְסַר	אַמְסִיר	אֻמַּר
תִּתְמַפֵּר	תָּמְסַר	תַּמְסִיר	תֻּמַּר
תִּתְמַפְּרִי	תָּמְסְרִי	תַּמְסִירִי	תֻּמְּרִי
יִתְמַפֵּר	יָמְסַר	יַמְסִיר	יֻמַּר
תִּתְמַפֵּר	תָּמְסַר	תַּמְסִיר	תֻּמַּר
נִתְמַפֵּר	נָמְסַר	נַמְסִיר	נֻמַּר
תִּתְמַפְּרוּ	תָּמְסְרוּ	תַּמְסִירוּ	תֻּמְּרוּ
יִתְמַפְּרוּ	יָמְסְרוּ	יַמְסִירוּ	יֻמְּרוּ
תִּתְמַפַּרְנָה	תָּמְסַרְנָה	תַּמְסֵרְנָה	תֻּמַּרְנָה

Digitized by Google

PIHEL	NIPHAL	KAL	PERSONA.	
		PRÆTERITUM.		
מִסֵּר	נִמְסַר	מָסַר	3. masc.	SINGULARIS.
מִסְּרָה	נִמְסְרָה	מָסְרָה	3. fem.	
מִסַּרְתָּ	נִמְסַרְתָּ	מָסַרְתָּ	2. masc.	
מִסַּרְתְּ	נִמְסַרְתְּ	מָסַרְתְּ	2. fem.	
מִסַּרְתִּי	נִמְסַרְתִּי	מָסַרְתִּי	1. com.	
מִסְּרוּ	נִמְסְרוּ	מָסְרוּ	3. com.	PLURALIS.
מִסַּרְתֶּם	נִמְסַרְתֶּת	מְסַרְתֶּם	2. masc.	
מִסַּרְתֶּן	נִמְסַרְתֶּן	מְסַרְתֶּן	2. fem.	
מִסַּרְנוּ	נִמְסַרְנוּ	מָסַרְנוּ	1. com.	
		FUTURUM.		
אֲמַסֵּר	אֵמָּסֵר	אֶמְסוֹר	1. com.	SINGULARIS.
תְּמַסֵּר	תִּמָּסֵר	תִּמְסוֹר	2. masc.	
תְּמַסְּרִי	תִּמָּסְרִי	תִּמְסְרִי	2. fem.	
יְמַסֵּר	יִמָּסֵר	יִמְסוֹר	3. masc.	
תְּמַסֵּר	תִּמָּסֵר	תִּמְסוֹר	3. fem.	
נְמַסֵּר	נִמָּסֵר	נִמְסוֹר	1. com.	PLURALIS.
תְּמַסְּרוּ	תִּמָּסְרוּ	תִּמְסְרוּ	2. masc.	
יְמַסְּרוּ	יִמָּסְרוּ	יִמְסְרוּ	3. masc.	
תְּמַסֵּרְנָה	תִּמָּסֵרְנָה	תִּמְסֹרְנָה	2. et 3. f.	

Digitized by Google

HITHPAHEL	HOPHAL	HIPHIL	PUHAL
		IMPERATIVUS.	
הִתְמַפֵּר הִתְמַפְּרִי הִתְמַפְּרוּ הִתְמַפֵּרְנָה	Caret imperativo.	הַמְסֵר et סֵר הַמְסִירִי הַמְסִירוּ הַמְסֵרְנָה	Caret imperativo.
		INFINITIVUS.	
הִתְמַפֵּר	הָמְסַר	הַמְסִיר הַמְסֵר	מְפֹּר
		BENONI.	
מִתְמַפֵּר מִתְמָפֶרֶה מִתְמַפֶּרֶת מִתְמַפְּרִים מִתְמַפְּרוֹת	מָמְסָר מָמְסָרָה מָמְסֶרֶת מָמְסָרִים מָמְסָרוֹת	מַמְסִיר מַמְסִירָה מַמְסִירַת מַמְסִירִים מַמְסִירוֹת	מְמֻפָּר מְמֻפָּרָה מְמֻפֶּרֶת מְמֻפָּרִים מְמֻפָּרוֹת

Digitized by Google

PIHEL	NIPHAL	KAL	PERSONA.	
		IMPERATIVUS.		
מַסֵּר	הִמָּסֵר	מְסוֹר	2. masc.	SING.
מַסְּרִי	הִמָּסְרִי	מִסְרִי	2. fem.	
מַסְּרוּ	הִמָּסְרוּ	מִסְרוּ	2. masc.	PLUR.
מַסֵּרְנָה	הִמַּסֵּרְנָה	מְסוֹרְנָה	2. fem.	
		INFINITIVUS.		
מַסֵּר	הִמָּסֵר	מָסוֹר מְסוֹר		
		BENONI.		
מְמַסֵּר	נִמְסָר	מוֹסֵר	masc.	SING.
מְמַסֶּרֶת	נִמְסָרָה	מוֹסֶרֶת	fem.	
מְמַסֶּרֶת	נִמְסֶרֶת	מוֹסֶרֶת		
מְמַסְּרִים	נִמְסָרִים	מוֹסְרִים	masc.	PLUR.
מְמַסְּרוֹת	נִמְסָרוֹת	מוֹסְרוֹת	fem.	
		PAHUL.		
		מָסוּר	masc.	SING.
		מְסוּרָה	fem.	
		מְסוּרִים	masc.	PLUR.
		מְסוּרוֹת	fem.	

Digitized by Google

ANNOTATIONES GENERALES.

1. Incipitur conjugatio a tertia persona præteriti, quia illa in *kal* est simplex radix; et inde formantur reliquæ fere omnes personæ præteriti, addendo ultimas syllabas pronominum.

2. Infinitivus dicitur מָקוֹר, i. e. *fons*, quia inde formantur reliqua fere omnia.

Gerundia ab infinitivo formantur per literas בכלם præfixas. Sed in *kal* et *hiphil* (præter formam communem primo loco expressam in tabula) est alia infinitivi forma æquivalens gerundio in *do*. Hæc autem nude usurpatur (seu sine litera præfixa), et plerumque in duplicatione verbi, ut מָסוֹר תִּמְסוֹר « tradendo trades ».

Futura ab infinitivo formantur præfigendo literas אֵיתָן « per se loquendo » schevatas. Pulchre alludunt ad pronomina latina א *ego*, ת *tu*, י *ille*, נ *nos*, unde illas hoc ordine numeratas vocabo *etinales*.

Participia etiam (exceptis participiis primæ conjugationis) ab infinitivo præcipue formantur, præfigendo מ, quod etiam per se loquendo est schevatum; sed regula est generalis.

Literæ etinales et מ *participii excludunt* ה *characteristicum sequens, et punctum ejus assumunt.*

3. Participia (ut in paradigmate vidimus) instar nominum declinantur, sed habent in feminino singulari duplicem formam, sic :

Digitized by Google

In *kal*.		In *niphal*.	
Sing. masc.	מוֹסֵר	Sing. masc.	נִמְסָר
— fem.	מוֹסְרָה / מוֹסֶרֶת	— fem.	נִמְסָרָה / נִמְסֶרֶת
Pl. masc.	מוֹסְרִים	Pl. masc.	נִמְסָרִים
— fem.	מוֹסְרוֹת	— fem.	נִמְסָרוֹת

ANNOTATIONES SPECIALES

Pro kal.

1. *Kal* habet pro nota characteristica, quod nullum habeat *daghesh forte*, nec augmentum antecedens, præter literas *etinales*, et ab hujusmodi oneris carentia vocatur *kal*, i. e. *levis*.

2. Præter terminationem communem, præteritum *kal* aliquando terminatur in ֹ, ut זָקֵן « senuit » ; sed inflectitur ad paradigma commune, sic : זָקַן, זָקְנָה, זָקַנְתָּ, etc. Tunc autem benoni non differt a præterito : dicitur enim זָקֵן « senuit » et זָקֵן « senescens ».

Aliquando etiam, sed rarius, terminatur in cholem, ut יָכֹל « potuit ». Hoc autem cholem, prorsus ut pathach, aut manet, aut mutatur; sic enim inflectitur : יָכֹל, יָכְלָה, יָכַלְתָּ, etc. Ob translationem tamen accentus, cholem transit in kametz-chatuph, ut וְיָכָלְתָּ « et poteris », unde in secunda pers. plur. debet similiter dici יָכַלְתֶּם, יָכַלְתֶּן.

3. In multis verbis neutris, et illis quæ habent gutturalem pro secunda vel tertia radicis, futurum et imperativus *kal* non terminantur juxta paradigma commune in ך, sed

Digitized by Google

in ־, ut יִשְׁכַּב « cubabit », גְּאַל « redime », שְׁמַע « audi ». Sic infinitivus aliquando, ut לִשְׁכַּב « cubare ».

4. Literæ etinales sæpe retinent punctum breve eis debitum propter affinitatem cum puncto composito quod literæ sequenti debetur, licet illud punctum compositum non exprimatur. Sic contracte dicitur יַחְסוֹר pro יַחֲסוֹר « deficiet », יֶחְפַּר pro יֶחֱפַר « erubescet ».

ANNOTATIONES SPECIALES

Pro reliquis conjugationibus.

1. *Niphal* pro nota characteristica habet נ in fronte. Quia autem illud נ non exprimitur nisi in præterito et participio, compensatur in futuro ejus defectus per daghesh in prima radicis, utque illud daghesh sentiatur, infinitivo et imperativo præfigitur ה. Etinales hoc faciunt in futuro.

2. *Pihel* pro nota sua habet daghesh in media radicis. Sic etiam *puhal,* sed præcedente kibbutz. Nullum autem habent augmentum antecedens, præter etinales et מ participii.

3. *Hiphil* pro nota sua habet ה præfixum per · aut ־, et quando ab etinalibus aut מ participii excluditur illud ה, punctum ejus ־ manet sub litera excludente; mediat etiam י inter secundam et tertiam radicis, per quæ satis distinguitur conjugatio. Sed

Nota. Sæpe in futuro *hiphil* mutatur illud · in ··, præsertim quando adest ו conversivum.

4. *Hophal* pro nota sua habet ה præfixum per kametz-

Digitized by Google

chatuph, quod etiam, excluso ה per etinales aut מ participii, manet sub litera excludente. Sed

Nota : illud kametz-chatuph aliquando, præsertim in participio, mutatur in kibbutz.

5. *Hithpahel* pro nota sua, præter daghesh forte in media radicis, habet præfixam particulam הִתְ, aut aliam similem, quando ה excluditur ab etinalibus aut מ participii. Sed

Nota : Quando prima radicis est una ex literis זסצש, ad vitandum stridorem, ת characteristicum illi postponitur, ut הִשְׁתַּמֵּר « custodivit se », pro הִתְשַׁמֵּר; idemque ת post ז in ד, post צ in ט mutatur, ut הִצְטַדֵּק « justificavit se », pro הִתְצַדֵּק. Hæc autem raro.

APPENDIX

Pro gutturalibus.

Quando literas, juxta paradigma schevandas, contingit esse gutturales, observandæ sunt regulæ generales de scheva. Vide illas supra, cap. III. Juvabit autem specialius notasse sequentia :

1. Si prima radicis sit gutturalis, in præteritis *hiphil* et *niphal*, ac in hujus participio, habet plerumque ּ, et augmentum antecedens habet ּ, ut הֶעֱבִיר « transire fecit ».

2. Idem fit interdum in futuro *kal*, si prima radicis sit א aut ח, ut יֶאֱפוֹר « amiciet », יֶחֱפַר « erubescet ».

3. Item in imperativo et infinitivo *kal*, si prima radicis sit א, ut אֱמֹר « dic », לֶאֱסֹף « congregare ».

Digitized by Google

CAPUT V.

DE VERBO IMPERFECTO.

Verba imperfecta sunt vel *defectiva*, vel *quiescentia*. Defectiva sunt, in quibus litera aliqua radicalis inter conjugandum deficit, facta compensatione per daghesh. Quiescentia sunt, in quibus litera aliqua radicalis quiescit aut abjicitur, compensatione facta, non per daghesh, sed per punctum vocale *longum*.

Reduci possunt ad sex classes :

1. Defectiva *pe-nun*, ut נָגַשׁ « accessit ».
2. Quiescentia *pe-jod*, ut יָשַׁב « sedit ».
3. Defectiva *duplicantia ajin*, ut סָבַב « circuivit ».
4. Quiescentia *ajin-vau*, ut קוּם « surgere ».
5. Quiescentia *lamed-aleph*, ut בָּרָא « creavit ».
6. Quiescentia *lamed-he*, ut קָנָה « possedit ».

Explico terminos. Ab antiquo paradigmate פָּעַל, prima litera cujusque radicis vocatur *pe*, secundo vocatur *ajin*, tertia vocatur *lamed*. Unde verbum defectivum *pe-nun*, est verbum defectivum in quo prima litera radicis est נ ; verbum quiescens *lamed-he*, est verbum quiescens in quo tertia litera radicis est ה ; et sic de ceteris.

Aliqui ponunt aliam classem, i. e. quiescentia *pe-aleph*, ut אָכַל « comedit », אָבַד « periit », אָמַר « dixit », etc..

Digitized by Google

Sed pauca illorum sunt imperfecta, nec nisi in futuro *kal*, quod sic formatur :

אֹכַל	vel per ..,	אֹכֵל	comedam.
תֹּאכַל	—	תֹּאכֵל	comedes, masc.
תֹּאכְלִי	—	תֹּאכְלִי	comedes, fem., etc.

Pro verbis ergo *pe-aleph*, sufficit dicere, quod pauca illorum habeant istam specialem anomaliam in futuro, in cujus prima pers. sing. א radicale abjicitur; in reliquis autem personis manet quiescens in cholem. Illa vero pauca sunt, præcipue tria prædicta. Eamdem tamen anomaliam sequuntur אָבָה « voluit », אָפָה « coxit », et aliquando hæc tria : אָהַב « dilexit », אָחַז « tenuit », אָסַף « congregavit ». Pergamus nunc ad propositas sex classes explicandas.

I. CLASSIS.

Defectiva *pe-nun*.

In his verbis, *nun schevandum tollitur* (excipe præteritum *kal* et participium *pahul*), et defectus, ubi potest, notatur per daghesh forte in litera sequente, ut יִגַּשׁ « accedet », pro יִנְגַּשׁ.

Item infinitivus *kal* assumit תֶ, ut גֶּשֶׁת « accedere ».

In nullo alio differunt hæc verba a perfectis; unde sufficeret in paradigmate exhibere illa in quibus נ, quia schevandum esset, tollitur. Fit ergo a נָגַשׁ « accessit » :

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	PRÆTERITUM.		
הֻגַּשׁ	הִגִּישׁ	נִגַּשׁ	נָגַשׁ
הֻגְּשָׁה	הִגִּישָׁה	נִגְּשָׁה	נָגְשָׁה
הֻגַּשְׁתָּ	הִגַּשְׁתָּ	נִגַּשְׁתָּ	נָגַשְׁתָּ
הֻגַּשְׁתְּ	הִגַּשְׁתְּ	נִגַּשְׁתְּ	נָגַשְׁתְּ
הֻגַּשְׁתִּי	הִגַּשְׁתִּי	נִגַּשְׁתִּי	נָגַשְׁתִּי
הֻגְּשׁוּ	הִגִּישׁוּ	נִגְּשׁוּ	נָגְשׁוּ
הֻגַּשְׁתֶּם	הִגַּשְׁתֶּם	נִגַּשְׁתֶּם	נְגַשְׁתֶּם
הֻגַּשְׁתֶּן	הִגַּשְׁתֶּן	נִגַּשְׁתֶּן	נְגַשְׁתֶּן
הֻגַּשְׁנוּ	הִגַּשְׁנוּ	נִגַּשְׁנוּ	נָגַשְׁנוּ
	FUTURUM.		
אֻגַּשׁ	אַגִּישׁ et אַגִּישׁ	אֶנָּגֵשׁ	אִגַּשׁ et אֶנְגֹּשׁ
תֻּגַּשׁ	תַּגִּישׁ	תִּנָּגֵשׁ	תִּגַּשׁ
תֻּגְּשִׁי	תַּגִּישִׁי	תִּנָּגְשִׁי	תִּגְּשִׁי
יֻגַּשׁ	יַגִּישׁ	יִנָּגֵשׁ	יִגַּשׁ
תֻּגַּשׁ	תַּגִּישׁ	תִּנָּגֵשׁ	תִּגַּשׁ
נֻגַּשׁ	נַגִּישׁ	נִנָּגֵשׁ	נִגַּשׁ
תֻּגְּשׁוּ	תַּגִּישׁוּ	תִּנָּגְשׁוּ	תִּגְּשׁוּ
יֻגְּשׁוּ	יַגִּישׁוּ	יִנָּגְשׁוּ	יִגְּשׁוּ
תֻּגַּשְׁנָה	תַּגִּשְׁנָה	תִּנָּגֵשְׁנָה	תִּגַּשְׁנָה
	IMPERATIVUS.		
	הַגִּישׁ et הַגִּישׁ	הִנָּגֵשׁ	גֻּשׁ et גֻּשׁ
Caret imperativo.	הַגִּישִׁי	הִנָּגְשִׁי	גֻּשִׁי
	הַגִּישׁוּ	הִנָּגְשׁוּ	גֻּשׁוּ
	הַגִּשְׁנָה	הִנָּגֵשְׁנָה	גֻּשְׁנָה

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	INFINITIVUS.		
הֻגֵּשׁ	הַגִּישׁ et הַגֵּשׁ	הִנָּגֵשׁ	גֵּשֶׁת et נִגּוֹשׁ
	BENONI.		
מֻגָּשׁ	מַגִּישׁ	נִגָּשׁ	נוֹגֵשׁ
מֻגָּשָׁה	מַגִּישָׁה	נִגָּשָׁה et נִגָּשֶׁת	נוֹגֶשֶׁת
מֻגָּשִׁים	מַגִּישִׁים	נִגָּשִׁים	נוֹגְשִׁים
מֻגָּשׁוֹת	מַגִּישׁוֹת	נִגָּשׁוֹת	נוֹגְשׁוֹת
	PAHUL.		
			נָגוּשׁ
			נְגוּשָׁה
			נְגוּשִׁים
			נְגוּשׁוֹת

ANNOTATIONES.

1. Hanc formam sequuntur quædam alia verba, לָקַח « accepit », יָנַח « reliquit », יָקַף « circuivit », et quæ incipiunt a יָצָ, excepto uno יָצָא « exivit », quod pertinet ad classem sequentem.

2. Formam in paradigmate expressam sequuntur verba *pe-nun*, quatenus, recedendo a forma perfectorum, sunt imperfecta. Sæpe autem fit ut illa (sicut et alia verba imperfecta), contra formam propriam, aliqua ex parte sequantur formam perfectorum. Sic, a נָפַל « cecidit », fit in futuro *kal* אֶפֹּל, תִּפֹּל, etc., cum terminatione cholem, more perfectorum; et prorsus perfecte תִּנְדֹּף « impelles ».

Digitized by Google

Sic, in imperativo, נְצֹר « custodi »; in infinitivo, לִנְדֹּר « vovere ».

II. CLASSIS.

Quiescentia *pe-jod*.

Hæc classis multum convenit cum præcedente; nam etiam hic infinitivus assumit תֶּ; et sicut ibi נ, ita hîc י *schevandum* tollitur. Compensatio autem non fit per daghesh, sed per punctum vocale longum, i. e. per ֻ in *kal*, per ִ in *niphal* et *hiphil*, per ָ in *hophal*. Fit ergo a verbo יָשַׁב « habitavit », ut in paradigmate sequenti :

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	PRÆTERITUM.		
הוּשַׁב	הוֹשִׁיב	נוֹשַׁב	יָשַׁב
הוּשְׁבָה	הוֹשִׁיבָה	נוֹשְׁבָה	יָשְׁבָה
הוּשַׁבְתָּ	הוֹשַׁבְתָּ	נוֹשַׁבְתָּ	יָשַׁבְתָּ
הוּשַׁבְתְּ	הוֹשַׁבְתְּ	נוֹשַׁבְתְּ	יָשַׁבְתְּ
הוּשַׁבְתִּי	הוֹשַׁבְתִּי	נוֹשַׁבְתִּי	יָשַׁבְתִּי
הוּשְׁבוּ	הוֹשִׁיבוּ	נוֹשְׁבוּ	יָשְׁבוּ
הוּשַׁבְתֶּם	הוֹשַׁבְתֶּם	נוֹשַׁבְתֶּם	יְשַׁבְתֶּם
הוּשַׁבְתֶּן	הוֹשַׁבְתֶּן	נוֹשַׁבְתֶּן	יְשַׁבְתֶּן
הוּשַׁבְנוּ	הוֹשַׁבְנוּ	נוֹשַׁבְנוּ	יָשַׁבְנוּ
	FUTURUM.		
אוּשַׁב	אוֹשִׁיב	אֵוָּשֵׁב	אֵשֵׁב
תּוּשַׁב	תּוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב
תּוּשְׁבִי	תּוֹשִׁיבִי	תִּוָּשְׁבִי	תֵּשְׁבִי

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
יוּשַׁב	יוֹשִׁיב	יִוָּשֵׁב	יֵשֵׁב
תּוּשַׁב	תּוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב
נוּשַׁב	נוֹשִׁיב	נִוָּשֵׁב	נֵשֵׁב
תּוּשְׁבוּ	תּוֹשִׁיבוּ	תִּוָּשְׁבוּ	תֵּשְׁבוּ
יוּשְׁבוּ	יוֹשִׁיבוּ	יִוָּשְׁבוּ	יֵשְׁבוּ
תּוּשַׁבְנָה	תּוֹשֵׁבְנָה	תִּוָּשֵׁבְנָה	תֵּשֵׁבְנָה

IMPERATIVUS.

	הוֹשִׁיב	הִוָּשֵׁב	שֵׁב
	הוֹשִׁיבִי	הִוָּשְׁבִי	שְׁבִי
	הוֹשִׁיבוּ	הִוָּשְׁבוּ	שְׁבוּ
	הוֹשֵׁבְנָה	הִוָּשֵׁבְנָה	שֵׁבְנָה

INFINITIVUS.

הוּשַׁב	הוֹשִׁיב / הוֹשֵׁב	הִוָּשֵׁב	שֶׁבֶת

BENONI.

מוּשָׁב	מוֹשִׁיב	נוֹשָׁב	יוֹשֵׁב
מוּשָׁבָה, (ת)	מוֹשִׁיבָה, (ת)	נוֹשָׁבָה, (ת)	יוֹשֶׁבָה, (ת)
מוּשָׁבִים	מוֹשִׁיבִים	נוֹשָׁבִים	יוֹשְׁבִים
מוּשָׁבוֹת	מוֹשִׁיבוֹת	נוֹשָׁבוֹת	יוֹשְׁבוֹת

PAHUL.

			יָשׁוּב
			יְשׁוּבָה
			יְשׁוּבִים
			יְשׁוּבוֹת

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

1. Futurum *kal* aliquando non abjicit ipsum ְ schevandum, sed tantum ejus scheva; tunc autem solet terminari in ־, ut אִיבַשׁ « arescam », תִּיבָשׁ « aresces ». Dicitur tamen יִבָשׁ « arescet », pro יִיבַשׁ, ְ radicali et servili concurrentibus in unum ְ. Sic et in *pihel*, יְבַשֵּׁשׁ « siccabit », pro יְיַבֵּשׁ.

2. Unum verbum, יָכֹל « potuit », dici solet formare futurum *kal* speciali modo, sic : אוּכַל, תּוּכַל, etc. Sed quid prohibet dicere illud esse futurum *hophal?* Paradigma sic exigit, et convenit significatio propria conjugationis *hophal.*

3. *Niphal* mutat ְ dagheshandum in וְ, ut הִוָּשֵׁב « inhabitari », pro הִיָּשֵׁב. Sic etiam aliquando in *hithpahel* ְ mutatur in וְ, ut הִתְוַדָּה « confessus est », הִתְוַדַּע « se notum fecit », הִתְוַכַּח « disceptavit », pro הִתְיַדָּה, etc.

Quædam verba hujus classis in *hiphil* non abjiciunt ְ schevandum, sed illud retinent quiescens in ־, ut הֵיטִיב « benefecit », a יָטַב; sic הֵימִין « dextravit », הֵינִיק « lactavit », הֵילִיל « ululavit ».

III. CLASSIS.

Defectiva duplicantia *ajin*.

In hac classe, *pihel, puhal* et *hithpahel* vel omnino non differunt a verbis perfectis, vel in hoc tantum differunt, quod, abjecto daghesh characteristico, punctum præcedens mutent in וְ immutabile; unde in *pihel*, pro סִבֵּב, dicitur סוֹבֵב, etc.

Digitized by Google

Reliquæ etiam conjugationes aliquando sunt perfectæ; quando autem deficiunt, formantur ut in paradigmate sequenti, סָבַב « circuivit », quod contracte, sive defective, dicitur סַב.

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	PRÆTERITUM.		
הוּסַב	הֵסֵב	נָסַב	סַב
הוּסַבָּה	הֵסִבָּה	נָסַבָּה	סַבָּה
הוּסַבּוֹתָ	הֵסַבּוֹתָ	נְסַבּוֹתָ	סַבּוֹתָ
הוּסַבּוֹתְ	הֵסִבּוֹתְ	נְסַבּוֹתְ	סַבּוֹתְ
הוּסַבּוֹתִי	הֵסִבּוֹתִי	נְסַבּוֹתִי	סַבּוֹתִי
הוּסַבּוּ	הֵסַבּוּ	נָסַבּוּ	סַבּוּ
הוּסַבּוֹתֶם	הֵסִבּוֹתֶם	נְסַבּוֹתֶם	סַבּוֹתֶם
הוּסַבּוֹתֶן	הֵסִבּוֹתֶן	נְסַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶן
הוּסַבּוּנוּ	הֵסִבּוּנוּ	נְסַבּוּנוּ	סַבּוּנוּ
	FUTURUM.		
אוּסַב	אָסֵב	אֵסַב	אָסוֹב
תּוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	תָּסוֹב
תּוּסַבִּי	תָּסֵבִּי	תִּסַּבִּי	תָּסוֹבִי
יוּסַב	יָסֵב	יִסַּב	יָסוֹב
תּוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	תָּסוֹב
נוּסַב	נָסֵב	נִסַּב	נָסוֹב
תּוּסַבּוּ	תָּסֵבּוּ	תִּסַּבּוּ	תָּסוֹבוּ
יוּסַבּוּ	יָסֵבּוּ	יִסַּבּוּ	יָסוֹבוּ
תּוּסַבְּנָה	תְּסֵבִּינָה	תִּסַּבְּנָה	תְּסֹבֵּינָה

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	IMPERATIVUS.		
	הָסֵב	הִסַּב	סֹב
	הָסֵבִי	הִסַּבִּי	סֹבִּי
	הָסֵבוּ	הִסַּבּוּ	סֹבּוּ
	הָסַבֵּינָה	הִסַּבֵּינָה	סֻבֵּינָה
	INFINITIVUS.		
הוּסַב	הָסֵב	הִסֵּב הִסּוֹב	סוֹב
	BENONI.		
מוּסָב	מֵסֵב	נָסָב	סֹבֵב
מוּסַבָּה	מְסִבָּה	נְסַבָּה	סֹבְבָה
מוּסַבִּים	מְסִבִּים	נְסַבִּים	סֹבְבִים
מוּסָבוֹת	מְסִבּוֹת	נְסַבּוֹת	סֹבְבוֹת
	PAHUL.		
			סָבוּב
			סְבוּבָה
			סְבוּבִים
			סְבוּבוֹת

ANNOTATIONES.

1. In his defectivis, secunda radicis litera abjicitur; unde ad defectum significandum infigitur daghesh in tertia ubicumque, aucta voce a fine, sentiri potest.

2. Ut daghesh illud melius sentiatur in præteritis, tertia

Digitized by Google

radicis habet ן ubi deberet habere scheva, hoc est in primis et secundis personis; et si fuerit punctum longum mutabile sub augmento antecedenti (ut contingit in *niphal* et *hiphil*), corripitur in scheva, quia tunc removetur accentus; quæ ratio facit etiam ut punctum longum sub prima radicis mutetur in breve : quod patet ex paradigmate in pluribus locis.

3. Ad defectiva reducuntur verba quæ desinunt in ן vel ת; abjiciunt enim illas literas ante servilem similem, et servilis duplicatur per daghesh, ut שָׁכַנּוּ « habitavimus », pro שָׁכַנְנוּ, a שָׁכַן « habitavit »; כָּרַתִּי « succidi », pro כָּרַתְתִּי, a כָּרַת « succidit ».

IV. CLASSIS.

Quiescentia *ajin-vau*.

Hæc classis in multis convenit cum præcedente. In *pihel, puhal* et *hithpahel,* prima radicis habet ן immutabile, et duplicatur tertia. Sic a קוּם « surgere » (in hac enim verborum classe, infinitivus est radix) fit in præterito *pihel*, קוֹמֵם, קוֹמֵמָה, קוֹמַמְתָּ, etc.; in futuro, אֲקוֹמֵם, תְּקוֹמֵם, etc.; in *puhal*, קוֹמַם, etc.; in *hithpahel*, הִתְקוֹמֵם, etc.; unde in his conjugationibus hæc classis prorsus convenit cum præcedente. Quid autem fiat in aliis conjugationibus, paradigmata sequentia verbi קָם « surrexit » indicabunt.

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	PRÆTERITUM.		
הוּקַם	הֵקִים	נָקוֹם	קָם
הוּקְמָה	הֵקִימָה	נָקוֹמָה	קָמָה
הוּקַמְתָּ	הֵקִימוֹתָ	נְקוּמוֹתָ	קַמְתָּ
הוּקַמְתְּ	הֵקִימוֹת	נְקוּמוֹת	קַמְתְּ
הוּקַמְתִּי	הֵקִימוֹתִי	נְקוּמוֹתִי	קַמְתִּי
הוּקְמוּ	הֵקִימוּ	נָקוֹמוּ	קָמוּ
הוּקַמְתֶּם	הֵקִימוֹתֶם	נְקוּמוֹתֶם	קַמְתֶּם
הוּקַמְתֶּן	הֵקִימוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶן	קַמְתֶּן
הוּקַמְנוּ	הֵקִימוֹנוּ	נְקוּמוֹנוּ	קַמְנוּ
	FUTURUM.		
אוּקַם	אָקִים	אֵקוֹם	אָקוּם
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקוֹם	תָּקוּם
תּוּקְמִי	תָּקִימִי	תִּקוֹמִי	תָּקוּמִי
יוּקַם	יָקִים	יִקוֹם	יָקוּם
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקוֹם	תָּקוּם
נוּקַם	נָקִים	נִקוֹם	נָקוּם
תּוּקְמוּ	תָּקִימוּ	תִּקוֹמוּ	תָּקוּמוּ
יוּקְמוּ	יָקִימוּ	יִקוֹמוּ	יָקוּמוּ
תּוּקַמְנָה	תָּקֵמְנָה	תִּקוֹמְנָה	תָּקוּמְנָה
	IMPERATIVUS.		
	הָקֵים	הִקוֹם	קוּם
	הָקִימִי	הִקוֹמִי	קוּמִי
	הָקִימוּ	הִקוֹמוּ	קוּמוּ
	הָקֵמְנָה	הִקוֹמְנָה	קוּמְנָה

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	INFINITIVUS.		
הוּקֵם	הָקִים et הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם et קוֹם
	BENONI.		
מוּקָם	מֵקִים	נָקוֹם	קָם
מוּקָמָה	מְקִימָה / מְקִימַת	נְקוֹמָה	קָמָה
מוּקָמִים	מְקִימִים	נְקוֹמִים	קָמִים
מוּקָמוֹת	מְקִימוֹת	נְקוֹמוֹת	קָמוֹת
	PAHUL.		
			קוּם
			קוּמָה
			קוּמִים
			קוּמוֹת

ANNOTATIONES.

1. In tertiis personis præteriti *kal*, prima radicis habet fere semper ־, ut in paradigmate. Aliquando tamen habet ̈, ut (a מוּת « mori ») מֵת, מֵתָה, מֵתוּ. Sed etiam tunc habet ־ in reliquis personis, ut מַתָּ, מַתְּ, מַתִּי, pro מַתְתָּ, מַתְתְּ, מַתְתִּי. Aliquando habet וֹ in omnibus personis, ut אוֹר, אוֹרָה, אוֹרְתָּ, אוֹרְתְּ, אוֹרְתִּי; et tunc tertia persona sing. masc. præteriti *kal* non differt ab infinitivo; unde dicitur אוֹר « splenduit » et אוֹר « splendere », בּוֹשׁ « erubuit » et בּוֹשׁ « erubescere ». Non tamen valet e converso,

Digitized by Google

ut ו, si sit in infinitivo *kal*, debeat etiam esse in præterito : dicitur enim in infinitivo בּוֹא « ingredi », sed in præterito בָּא « ingressus est ».

2. Sicut in classe præcedente, ita et hic in præteritis *niphal* et *hiphil*, tertia radicis habet ו in primis et secundis personis, et punctum longum sub augmento antecedente corripitur in scheva ; sed simul notandum est, quod in *niphal* alterum ו præcedens, euphoniæ causa, mutetur in וּ, et quod *hiphil* alio etiam modo inflectatur sine ו, sic : הֵקִים, הֵקִימָה, הֵקַמְתָּ, etc.

3. Futurum *kal* habet aliquando cholem pro וּ, ut יָמֹת « morietur » pro יָמוּת ; et hoc contingit præcipue in pausa.

4. Imperativus et infinitivus *kal* sæpe habent י pro וּ, ut שִׂים vel שִׁית « pone », לָשִׂים vel לָשִׁית « ponere » ; et multa sunt quæ sic habent י constanter, aut nunc י, nunc וּ ; unde verba imperfecta hujus quartæ classis vocari solent *quiescentia ajin-vau* vel *jod*. Multi tamen omnia exempla in quibus occurrit illud י, reduci volunt ad *hiphil*, ita ut dicatur v. g. לָשִׁית « ponere », per syncopen, pro לְהָשִׁית, et שִׁית « pone », per aphæresin, pro הָשִׁית, vel potius pro הָשֵׁת. Si autem ita sit, nulla erunt *quiescentia ajin-jod*, seu habentia י quiescens pro secunda radicali ; nam י in *hiphil* est adscititium, et non pertinet ad radicem. Quod vero in his verbis imperfectis, י in medio quiescens sit aliquando radicale, vel inde colligi videtur, quia in multis eorum raro aut nunquam invenitur וּ ; idemque י aliquando fit mobile in *pihel*, ut קִיֵּם vel קִיְּם « stabilivit » ; et tunc

Digitized by Google

pihel inflectitur more perfectorum קִיְּמָה, קִיְּמָתָ, etc., sic, חִיֵּב « debitorem fecit ».

Facilius admittitur dici per aphæresin רִיבְוֹתָ « contendisti » (Job. XXXIII, 13), pro הִרִיבְוֹתָ, et בִּינְוֹתִי « intellexi » (Dan. IX, 2), pro הֲבִינְוֹתִי, licet hæc exempla reduci possunt ad specialem anomaliam ipsius *kal* imitantis conjugationem *hiphil*.

5. Ubi in paradigmate infinitivus habet duplicem formam (ut in *kal* et *hiphil*), posterior habet vim gerundii in *do*, et usurpatur in duplicatione verbi, ut קוֹם תָּקוּם « surgendo surges », הָקֵם הֵקִימוּ « suscitando suscitarunt » ; et quia infinitivus sic sumptus per modum gerundii conjungitur plerumque cum suo verbo in eadem conjungatione, dum dicitur שׂוֹם תָּשִׂים « ponendo pones » (Deut. XVII, 15), et שׂוֹשׂ אָשִׂישׂ « gaudendo gaudebo » (Is. LXI, 10), videtur quod futura ista (licet non differant ab *hiphil*) sint in *kal* perinde ac infinitivi adjuncti.

V. CLASSIS.

Quiescentia *lamed-aleph*.

Regula est generalis : litera א quiescens petit quiescere in puncto longo aut ־, hoc est, petit ut punctum longum aut ־ immediate præcedat : litera enim *quiescens* dicitur *quiescere* in puncto immediate præcedente. Debemus ergo assignare punctum quod in his verbis præcedit literam quiescentem א.

1. In his verbis non auctis a fine, ־ præcedit ubi ־ deberet præcedere, ut בָּרָא « creavit », יִבְרָא « creabit », בְּרָא

Digitized by Google

« crea », pro בָּרָא, יִבְרָא, בְּרָא; nam ultima gutturalis, juxta dicta, facit ut in futuro et imperativo *kal*, debeat esse ־ pro ָ; hæc autem gutturalis א quiescens facit ut debeat esse ַ pro ־.

2. In præteritis auctis a fine, ְ præcedit, ut נִבְרֵאתָ, נִבְרֵאת, נִבְרֵאתִי, pro נִבְרַאְתָּ, etc.

Excipe præteritum *kal*, ibi enim ַ præcedit, ut בָּרָאתָ « creasti »; sed si ְ præcessit in præterito non aucto, manet etiam in præterito aucto, ut מָלֵא « plenus fuit », מָלֵאתָ « plenus fuisti », etc.

3. In futuris et imperativis femininis pluralibus, ְ præcedit; unde in *kal*, תִּמְצֵאנָה « invenietis » vel « invenient » (fem.), מְצֵאנָה « invenite » (fem.); et sic in reliquis conjugationibus eadem est terminatio (אֵנָה).

Hæc sufficiunt pro א quiescente. Ubi autem א non quiescit, hæc verba sunt prorsus perfecta; sed præter infinitivum ordinarium, habent alium terminatum in וֹאת, ut in *kal*, מְצוֹא et מְצוֹאת « invenire »; et sic in aliis conjugationibus. Sed en integra paradigmata hujus classis, præter *pihel* et *puhal*.

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	PRÆTERITUM.		
הָמְצָא	הִמְצִיא	נִמְצָא	מָצָא
הָמְצָאָה	הִמְצִיאָה	נִמְצְאָה	מָצְאָה
הָמְצֵאתָ	הִמְצֵאתָ	נִמְצֵאתָ	מָצָאתָ
הָמְצֵאת	הִמְצֵאת	נִמְצֵאת	מָצָאת

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
הָמְצֵאתִי	הִמְצֵאתִי	נִמְצֵאתִי	מָצָאתִי
הָמְצָאוּ	הִמְצִיאוּ	נִמְצְאוּ	מְצָאוּ
הָמְצֵאתֶם	הִמְצֵאתֶם	נִמְצֵאתֶם	מְצָאתֶם
הָמְצֵאתֶן	הִמְצֵאתֶן	נִמְצֵאתֶן	מְצָאתֶן
הָמְצֵאנוּ	הִמְצֵאנוּ	נִמְצֵאנוּ	מָצָאנוּ

FUTURUM.

אָמְצָא	אַמְצִיא	אֵמָּצֵא	אֶמְצָא
תָּמְצָא	תַּמְצִיא	תִּמָּצֵא	תִּמְצָא
תָּמְצְאִי	תַּמְצִיאִי	תִּמָּצְאִי	תִּמְצְאִי
יָמְצָא	יַמְצִיא	יִמָּצֵא	יִמְצָא
תָּמְצָא	תַּמְצִיא	תִּמָּצֵא	תִּמְצָא
נָמְצָא	נַמְצִיא	נִמָּצֵא	נִמְצָא
תָּמְצְאוּ	תַּמְצִיאוּ	תִּמָּצְאוּ	תִּמְצְאוּ
יָמְצְאוּ	יַמְצִיאוּ	יִמָּצְאוּ	יִמְצְאוּ
תָּמְצֵאנָה	תַּמְצֵאנָה	תִּמָּצְאָנָה	תִּמְצֵאנָה

IMPERATIVUS.

	הַמְצֵא הַמְצִיא	הִמָּצֵא	מְצָא
		הִמָּצְאִי	מִצְאִי
	הַמְצִיאִי הַמְצִיאוּ	הִמָּצְאוּ הִמָּצוּ	מִצְאוּ
	הַמְצֵאנָה	הִמָּצְאָנָה	מְצֵאנָה

INFINITIVUS.

הָמְצֵא הָמְצֹאת	הַמְצֵא הַמְצִיא	הִמָּצֵא הִמָּצֹאת	מָצוֹא מִצוֹא מְצוֹאת

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	BENONI.		
מֻמְצָא	מַמְצִיא	נִמְצָא	מוֹצֵא
מֻמְצָאָה	מַמְצִיאָה מַמְצִיאֶת	נִמְצָאָה נִמְצֶאֶת	מוֹצֵאָה מוֹצֵאת
מֻמְצָאִים	מַמְצִיאִים	נִמְצָאִים	מוֹצְאִים
מֻמְצָאוֹת	מַמְצִיאוֹת	נִמְצָאוֹת	מוֹצְאוֹת
	PAHUL.		
			מָצוּא
			מְצוּאָה
			מְצוּאִים
			מְצוּאוֹת

VI. CLASSIS.

Quiescentia *lamed-he.*

1. In his verbis non auctis a fine, per omnes conjugationes terminantur

Præterita	in ָה,	ut in *kal,*	קָנָה	possedit.
Futura	in ֶה	—	אֶקְנֶה	possidebo.
Participia	in ֶה	—	קוֹנֶה	possidens.
Imperativa	in ֶה	—	קְנֵה	posside.
Infinitivi	in וֹת	—	קְנוֹת	possidere.

Excipe participium *pahul,* quod mutat ה in י, ut קָנוּי « possessus ». Infinitivus, præcipue quando sumitur per modum gerundii, terminatur in וֹת aut ֶה, et aliquando in ָה, ut רָאוֹת רָאִיתִי « videndo vidi », הַכֵּה תַכֶּה « percu-

Digitized by Google

tiendo percuties », הַרְבֵּה אַרְבֶּה « multiplicando multiplicabo ».

2. Auctis his verbis a fine, ה semper tollitur aut mutatur.

Si augmentum incipiat a puncto vocali, ה tollitur, et præcedens litera sibi sumit punctum illud, ut קוֹנִים « possidentes », pro קוֹנִהִים; קָנוּ « possederunt », pro קָנְהוּ.

Excipe tertiam fem. sing. præteritorum; ibi enim (ne, abjecto ה, non differat a tertia masc.) mutatur ה in ת, ut קָנְתָה « illa possedit », pro קָנְהָה. Aliquando autem, tum ibi tum alibi, ה mutatur in י mobile, ut חָסָיָה « speravit » (fem.), חָסָיוּ « speraverunt », יֶחֱסָיוּ « sperabunt ».

Si augmentum incipiat a consonante, ה mutatur in י quiescens, quod in præterito *kal* quiescit in ·, ut קָנִיתָ « possedisti ». In aliis autem præteritis, licet frequenter quiescat in ·, frequentius quiescit in ··, ut נִקְנֵיתָ « possessus es ». In futuris et imperativis fem. plur. quiescit in ·, ut תִּקְנֶינָה « possidebitis » vel « possidebunt » (fem.), קְנֶינָה « possidete », חֶיְינָה « vivite », et sic de ceteris.

Paradigma in una conjugatione exhibitum sufficeret; ex dictis enim patet quomodo secunda syllaba horum verborum uniformiter se habeat in omnibus conjugationibus; prima autem syllaba variatur propter varias conjugationes, prorsus ut in verbis perfectis. Vide tamen in subjecta tabula paradigmata fere omnia verbi גָּלָה « migravit ».

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	PRÆTERITUM.		
הָגְלָה	הִגְלָה	נִגְלָה	גָּלָה
הָגְלְתָה	הִגְלְתָה	נִגְלְתָה	גָּלְתָה
הָגְלִיתָ	הִגְלִיתָ	נִגְלִיתָ	גָּלִיתָ
הָגְלִית	הִגְלִית	נִגְלִית	גָּלִית
הָגְלִיתִי	הִגְלִיתִי	נִגְלִיתִי	גָּלִיתִי
הָגְלוּ	הִגְלוּ	נִגְלוּ	גָּלוּ
הָגְלִיתֶם	הִגְלִיתֶם	נִגְלִיתֶם	גְּלִיתֶם
הָגְלִיתֶן	הִגְלִיתֶן	נִגְלִיתֶן	גְּלִיתֶן
הָגְלִינוּ	הִגְלִינוּ	נִגְלִינוּ	גָּלִינוּ
	FUTURUM.		
אָגְלֶה	אַגְלֶה	אֵגָּלֶה	אִגְלֶה
תָּגְלֶה	תַּגְלֶה	תִּגָּלֶה	תִּגְלֶה
תָּגְלִי	תַּגְלִי	תִּגָּלִי	תִּגְלִי
יָגְלֶה	יַגְלֶה	יִגָּלֶה	יִגְלֶה
תָּגְלֶה	תַּגְלֶה	תִּגָּלֶה	תִּגְלֶה
נָגְלֶה	נַגְלֶה	נִגָּלֶה	נִגְלֶה
תָּגְלוּ	תַּגְלוּ	תִּגָּלוּ	תִּגְלוּ
יָגְלוּ	יַגְלוּ	יִגָּלוּ	יִגְלוּ
תָּגְלֶינָה	תַּגְלֶינָה	תִּגָּלֶינָה	תִּגְלֶינָה
	IMPERATIVUS.		
	הַגְלֵה	הִגָּלֵה	גְּלֵה
	הַגְלִי	הִגָּלִי	גְּלִי
	הַגְלוּ	הִגָּלוּ	גְּלוּ
	הַגְלֶינָה	הִגָּלֶינָה	גְּלֶינָה

Digitized by Google

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	INFINITIVUS.		
הָגְלֵה הָגְלוֹת	הַגְלֵה הַגְלוֹת	הִגָּלֵה הִגָּלוֹת	גְּלֵה , גָּלֵה גְּלוֹת , גָּלוֹת
	BENONI.		
מָגְלֶה מָגְלָה מָגְלִים מָגְלוֹת	מַגְלֶה מַגְלָה מַגְלִים מַגְלוֹת	נִגְלֶה נִגְלָה נִגְלִים נִגְלוֹת	גּוֹלֶה גּוֹלָה גּוֹלִים גּוֹלוֹת
	PAHUL.		
			גָּלוּי גָּלוּיָה גָּלוּיִים גָּלוּיוֹת

ANNOTATIONES.

1. Verba terminata in ה mappikhatum, adeoque mobile, non pertinent ad hanc classem imperfectorum, sed sunt omnino perfecta; nisi quod unum ex illis sit defectivum *pe-nun*. Illa autem sunt hæc quatuor : גָּבַהּ « excelluit », כָּמַהּ « concupivit », נָגַהּ « splenduit », תָּמַהּ « miratus est »; quibus adde הִתְמַהְמַהּ « cunctatus est ».

2. Futurum *kal* sæpe et diversimode patitur apocopen, præcipue quando adest *vau conversivum*, et accentus retrahitur ad literam etinalem.

Digitized by Google

Plerumque sic, וַיִּבֶן « et ædificavit », m., pro וַיִּבְנֶה

Quandoque sic, וַתֵּרֶא « et vidit », f., pro וַתִּרְאֶה

Cum - vicario τοῦ :
- וַיִּחַר « et excanduit », m., pro וַיִּחְרֶה
- וַיִּשַׁע « et respexit », m., pro וַיִּשְׁעֶה
- וַתִּתַע « et erravit », f., pro וַתִּתְעֶה

Cum - orto ex - :
- וַיַּעַל « et ascendit », m., pro וַיַּעֲלֶה
- וַיַּעַן « et respondit », m., pro וַיַּעֲנֶה
- וַיַּעַשׂ « et fecit », m., pro וַיַּעֲשֶׂה

Quandoque contracte
- וַיִּשַׁב « et captitavit », m., pro וַיִּשְׁבֶּה
- וַיֵּבֶךְ « et flevit », m., pro וַיִּבְכֶּה
- וַיִּשְׁתְּ « et bibit », m., pro וַיִּשְׁתֶּה

Speciale est וַיַּרְא « et vidit », m., pro וַיִּרְאֶה.

Speciali item modo in futuro *kal* contrahuntur verba הָיָה « fuit », חָיָה « vixit » ; sæpe enim dicitur אֶהִי, תִּהִי, יִהִי, נִהִי, pro אֶהְיֶה, תִּהְיֶה, etc. Eodemque modo contrahitur futurum verbi חָיָה.

3. In reliquis futuris (exceptis *puhal* et *hophal*), sæpe fit apocope, sed fere tantum tollendo terminationem ה, ut

In *niphal*, וַיֵּרָא « et visus est », pro וַיֵּרָאֶה.

In *pihel*, וַיְכַס « et texit », pro וַיְכַסֶּה.

In *hiphil*, וַיַּעַל « et ascendere fecit », pro וַיַּעֲלֶה; וַתַּשֶׁק « et potavit », f., pro וַתַּשְׁקֶה. Sic וַיַּרְא « et ostendit » (quod semel legitur in *hiphil*), pro וַיַּרְאֶה.

In *hithpahel*, וַיִּתְגַּל « et retexit se », pro וַיִּתְגַּלֶּה.

4. In imperativis *pihel*, *hiphil* et *hithpahel*, eodem modo fit apocope, tollendo terminationem ה, ut

In *pihel*, צַו « præcipe », הַס « sile », pro צַוֶּה, הַסֶּה.

Digitized by Google

In *hiphil*, הַעַל « ascendere fac », pro הַעֲלֶה; et ex defectivis *pe-nun*, הַט « inclina », הַךְ « percute », pro הַטֶּה, הַכֶּה.

In *hithpahel*, הִתְחַל « finge te ægrotum », pro הִתְחַלֶּה.

5. Futurum et imperativus *hiphil*, dum fit apocope, habent aliquando duplex ּ, ut תֶּמֶס « liquefacies », pro תַּמְסֵס; תֶּרֶב « multiplica », pro תַּרְבֶּה. Sed, more solito, sub vel ante gutturalem mobilem, pro ּ venit ־ vicarium.

6. Futurum *hithpahel* in uno verbo הִשְׁתַּחֲוָה « adoravit » speciali modo patitur apocopen, ut וַיִּשְׁתַּחוּ « et adoravit », pro וַיִּשְׁתַּחֲוֻ.

APPENDIX

De verbis compositis.

Verba *composita* voco illa quæ utrinque sunt imperfecta, ut נָזָה « aspersus est ». Talia autem in utraque syllaba sequuntur classes ad quas pertinent. Sic a נָזָה fit in futuro *kal* יִזֶּה pro יִנְזוֹה. Nun schevatum tollitur, et infigitur daghesh literæ sequenti, quia verbum istud est ex defectivis *pe-nun*, et terminatio per ה acquiritur, quia talem exigunt verba quiescentia *lamed-he*.

Hinc, relicta una litera radicali, per apocopen dicitur יַזֶּן et וַיַּזֶּן « et aspersus est »; in *hiphil*, וַיַּזֶּן « et aspersit », ubi יַזֶּן pro יַזֶּה, quod pro יַנְזֶה, ut reducatur ad formam perfectorum. Sic a נָטָה « tetendit », in futuro *kal*, וַיֵּט, in *hiphil*, וַיַּט; et a נָכָה (inusitato in *kal*) fit in futuro *hiphil*, וַיַּךְ « et percussit »; et in imperativo *hiphil*, הַט et הַךְ.

Digitized by Google

In imperativo tamen et infinitivo *kal*, verba sic utrinque imperfecta non abjiciunt primam radicis נ aut י. Excipe נָשָׂא « tulit », יָצָא « exivit », quæ habent in imperativo שָׂא, צֵא, et in infinitivo, per specialem contractionem, שְׂאֵת vel שֵׂאת pro שְׂאֵת, צֵאת pro צְאֵת.

Huc reduc 1. Verba quædam conflata ex variis conjugationibus. Sic יִתְפַּקְדוּ « numerarunt se » (Jud. xx, 15) conflatur ex *kal* et *hithpahel*. At הָתְפָּקְדוּ « numerati sunt » (Num. I, 47, et II, 33) conflatur ex his simul et ex *hophal;* יִרְדֹּף « persequetur » (Ps. VII, 6) conflatur ex *kal* et *pihel*.

2. Verba, quæ licet ad unam classem imperfectorum pertineant, ex parte tamen imitantur aliam classem. Sic בּוֹשׁ « erubescere » in prima syllaba futuri *kal* imitatur verba *pe-jod;* dicitur enim אֵבוֹשׁ, תֵּבוֹשׁ, etc.

3. Verbum נָתַן « dedit », quod utrinque deficit, inflectitur sic :

Præt. נָתַן, נָתְנָה; נָתַתָּ, נָתַתְּ, נָתַתִּי, etc. Fut. אֶתֵּן, תִּתֵּן, etc. Imper. תֵּן. Infin. תֵּת pro תֶּנֶת; neque aliud est in hoc verbo speciale.

4. Verba quædam orta ex aliis, geminata una vel altera litera radicis. Sic, a כּוּל, כִּלְכֵּל vel כִּלְכֵּל; a פּוּר, פִּרְפֵּר; a גָּלַל, גִּלְגֵּל; a סָחַר, סִחַרְחַר; a שָׁעָה, שִׁעֲשַׁע. Sed inflectuntur regulariter ad formam *pihel*. Sic כִּלְכֵּל, כִּלְכְּלָה, כִּלְכַּלְתָּ, etc.; fut. אֲכַלְכֵּל, תְּכַלְכֵּל, etc. Eodemque modo verba quæ, ob quatuor quas habent literas radicales, dicuntur *quadrata*, ut כִּרְסֵם « devastavit ».

Digitized by Google

CAPUT VI.

DE SUFFIXIS VERBORUM, ALIISQUE SUFFIXIS.

Verba (licet pro ipsorum suffixis pronomina separata sufficere possent) sæpe recipiunt *suffixa,* habentque, præter ea, quæ ipsis et nominibus sunt communia, aliqua sibi propria, i. e. נִי « me », הוּ vel נֵהוּ « illum », נָהּ « illam ». Multis etiam præpositionibus et adverbiis adjunguntur suffixa. Ut ergo res tota (quantum sufficit ad propositum) breviter et distincte explicetur, sit

I. Restrictio difficultatis, ut paretur via ad regulas generales.

1. *Hithpahel* non recipit suffixa, nec passivæ conjugationes, nisi valde raro, et fere nonnisi in infinitivo, ut בְּהִבָּרְאָם « in creari eos ». Reducitur ergo difficultas ad activas conjugationes *kal, pihel* et *hiphil.*

2. De *pihel* autem et *hiphil,* nulla fere est difficultas. *Pihel* tantum mutat ְ in ֶ, et hoc cum omnibus suffixis. *Hiphil* nil mutat, nisi in verbis imperfectis, et in illis, cum omnibus suffixis, ָ vel ְ sub augmento antecedente mutatur etiam in ֶ.

3. In *kal* participium recipit suffixa more nominum, et in præterito, tertia sing. masc. recipit suffixa ut nomen sing. דָּבָר. Prima litera ubique habet ָ; secunda ubique ָ,

Digitized by Google

nisi quod cum suffixis כֶם, כֶן, habeat -. Sic etiam in tertia sing. fem., prima litera ubique habet :, secunda ubique ־, et ה mutatur in ת, ut fit in nominibus. Sed modus adjungendi suffixa est valde specialis, ut in tabella sequente :

מְסָרָה « illa tradidit ».

Me (com.),	מְסָרַתְנִי	Nos (com.),	מְסָרַתְנוּ
Te (masc.),	מְסָרַתְךָ	Vos (masc.),	מְסָרַתְכֶם
Te (fem.),	מְסָרַתְךְ	Vos (fem.),	מְסָרַתְכֶן
Eum,	מְסָרַתְהוּ	Eos,	מְסָרַתַם
Eam,	מְסָרַתְהָ	Eas,	מְסָרַתַן

Annotationes.

1. Pro מְסָרַתְהוּ dici potest contracte מְסָרָתוּ. Sic גְּמָלַתְהוּ (Prov. XXXI, 12), et contracte גְּמָלָתוּ (I. Sam. I, 24).

2. Pro מְסָרַתְהָ (quod, quia deest exemplum biblicum, ponitur conformiter ad מְסָרַתְהוּ) dici potest contracte מְסָרָתָ, hujusque formæ contractæ habetur exemplum in *pihel* כְּעַסָתָה (I. Sam. I, 6); sed additur ה, ut sæpe fit, post ־ finale, et semper subintelligitur, si non exprimatur.

3. Pro מְסָרַתַם (licet poni etiam possit מְסָרַתָם) habentur exempla biblica tum in pausâ, tum extra pausam; sed, cum מו pro ם, dicitur עֲנָקָתְמוֹ « cinxit eos » (Psalm. LXXIII, 6).

II. Regulæ generales de mutatione punctorum in verbis ob suffixa.

1. In aliis personis præteriti (seu in omnibus, præter

Digitized by Google

tertiam sing., de qua diximus), ob suffixum, prima radicis habet ◌ְ; secunda, si prius habuit, ◌־ retinet; pro ◌ְ autem habet ◌ַ.

2. Futuri terminatio ◌ָ mutatur in scheva; sed ante כֶם, כֶן, ךָ, mutatur in kametz-chatuph.

3. In infinitivo, prima radicis habet kametz-chatuph, secunda habet scheva; et etiam contra, cum suffixis כֶם, כֶן, ךָ.

4. Imperativus sing. masc. habet se ut infinitivus : sing. fem. et pl. masc. nil mutant; pl. fem. non recipit suffixa.

III. Modus adjungendi suffixa verborum.

1. Facta mutatione jam dicta, voces quæ terminantur in ◌ִי aut ◌ָךְ immediate (seu sine alio puncto interveniente) recipiunt suffixa, ut מְסַרְתִּיךָ « tradidi te », יִמְסְרוּנִי « tradent me ».

2. Talem terminationem acquirit in præterito secunda sing. fem., assumendo ◌ִי; item secunda pl. et masc. et fem., mutando תֶּם et תֶּן in תּוּ.

3. Reliquis omnibus, quæ nec habent, nec acquirunt talem terminationem, suffixa adjunguntur ut sequitur :

ם et ן præteritis et infinit. per ◌ַ, fut. et imper. per ◌ָ.

הוּ et נוּ præt. per ◌ַ, reliquis per ◌ָ.

נִי præt. per ◌־, reliquis per ◌ָ.

כֶם, כֶן, ךָ, omnibus per ◌ְ; ךָ omnibus per ◌ָ.

נוּ et נָה, quia suffiguntur per suum ◌ִ inseparabile, non suffiguntur terminatis in ◌ִי aut ◌ָךְ. Habent etiam hoc sibi proprium, quod non suffigantur præteritis.

Digitized by Google

IV. Notanda specialiter.

1. Futura et imperativi, quando (juxta dicta cap. IV, p. 43) terminantur in ־, ob suffixum mutant illud ־ in ־, ut a גְּאָל « redime », גְּאָלֵנִי « redime me », a fut. יִשְׁלַח « mittet », יִשְׁלָחֵנִי « mittet me ». Infinitivus autem sic terminatus mutat ־ in ־, ut a בִּפְתֹּחַ « in aperire », בְּפִתְחִי « in aperire me » (Ezech. XXXVII, 13).

2. Quiescentia *lamed-he*, dum recipiunt suffixum, abjiciunt ה, ut יִקְנֵנִי pro יִקְנֶהָנִי « possidebit me ». Unde in præterito fit retrogradatio punctorum, et excluditur scheva, quod alioquin esset sub prima radicis, ut קָנַנִי pro קִנָּהַנִי « possedit me ».

V. Adverbiorum et præpositionum compositio cum suffixis.

Voces, quæ separatim stare possunt, raro (nisi in nominibus propriis), aliquando tamen in unam vocem coeunt, ut צַלְמָוֶת (ex צֵל et מָוֶת) « umbra mortis »; פַּלְמֹנִי (ex פְּלֹנִי et אַלְמֹנִי) « individuum, cujus nomen celatur, seu non nominatur, N. N., ὁ δεῖνα, unus, quidam »; הַלְלוּיָהּ « laudate Dominum ».

Ex meris autem præfixis et suffixis plures voces componuntur, ut בִּי « in me », בְּךָ « in te », לִי « mihi », לְךָ « tibi », etc. Sed et plura aliquando coacervantur præfixa, ut בְּשֶׁלְּמִי « in quo cui », seu « propter quem »; בִּשְׁלִי « propter me ».

Frequentissime vero cum aliis vocibus in compositionem veniunt tum præfixa, tum suffixa. De præfixis diximus

Digitized by Google

cap. II; de suffixis nominum, ibidem, et toto fere cap. III; de suffixis verborum, in hoc cap. VI. Nunc ergo, quia adverbia et præpositiones recipiunt eadem suffixa et eodem fere modo quo verba et nomina, sufficiet si in exemplis breviter modum illum explicemus.

Adverbia.

הֵן vel הִנֵּה « ecce », הִנֵּנִי vel הִנְנִי « ecce ego ».
הִנְּךָ « ecce tu », הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ « ecce ille », etc.
אֵין « non », אֵינֶנִּי « non ego », אֵינְךָ « non tu ».
אֵינֶנּוּ « non ille », sic אֵינֶנּוּ, אֵינְכֶם, אֵינָם, etc.
עוֹד « adhuc », עוֹדִי vel עוֹדֶנִּי, עוֹדְךָ, עוֹדֶנּוּ, etc.
כְּמוֹ « sicut », כָּמוֹנִי, כָּמוֹךָ, כָּמוֹהוּ; sed, cum suffixis constructis, כְּמוֹכֶם, etc. In ista voce כְּמוֹ, syllaba מוֹ est mere sustentaculum præfixi : sic dicitur בְּמוֹ « in » et לְמוֹ « ad ». His autem nulla adjunguntur suffixa.

Huc reduci potest verbum substantivum indeclinabile יֵשׁ, unde fit יֶשְׁךָ « tu es », יֶשְׁכֶם « vos estis », et (cum suffixo speciali) יֶשְׁנוֹ « ipse est ».

Præpositiones.

עִם « cum », עִמִּי, עִמְּךָ, עִמָּךְ, עִמּוֹ, עִמָּהּ, עִמָּנוּ, עִמָּכֶם, עִמָּכֶן, עִמָּם, עִמָּן.
אֵת « cum », אִתִּי, אִתְּךָ, etc., ut עִם.
עִמָּדִי « mecum », non invenitur nisi cum hoc suffixo.
אֶצֶל « apud », אֶצְלִי, etc.
נֶגֶד « coram », נֶגְדִּי, etc.
לְמַעַן, בַּעֲבוּר, בִּגְלַל « propter », לְמַעַנִי, לְמַעַנְךָ, etc.

Digitized by Google

Quædam præpositiones recipiunt suffixa more nominum pluralium, sic :

אַחֲרֵי « post », אַחֲרַי, אַחֲרֶיךָ, אַחֲרָיו, etc.

תַּחַת « sub » vel « pro », תַּחְתַּי, תַּחְתֶּיךָ, תַּחְתָּיו, etc. Legitur tamen תַּחְתֵּנוּ et תַּחְתָּם.

בֵּין « inter », בֵּינִי, בֵּינְךָ vel בֵּינֶיךָ, בֵּינוֹ vel בֵּינָיו, בֵּינֵינוּ vel בֵּינוֹתֵינוּ, בֵּינֵיכֶם, בֵּינֵיהֶם vel בֵּינוֹתָם.

אֶל « ad » et עַל « super » recipiunt suffixa more nominum pluralium, et simul, cum suffixis absolutis, mutant puncta sua brevia in longa similia, ut אֵלַי, אֵלֶיךָ, etc.; עָלַי, עָלֶיךָ, etc.; cum constructis autem, mutant sua brevia in brevissimum ־ְ, ut אֲלֵיכֶם, etc., עֲלֵיכֶם, etc.

Sic עַד « usque, ad »; unde עָדַי, עָדֶיךָ, עָדֵיכֶם, etc. Sed a בְּעַד « pro » fit בַּעֲדִי, בַּעֲדְךָ, בַּעֲדוֹ, etc.

VI. De literis paragogicis.

Ad suffixa reducuntur literæ paragogicæ, quæ dum adduntur vocis significationem non mutant. Tales literæ numerantur quinque, i. e. quatuor *quiescentes* et *nun*, ex quibus ortæ sunt, ut vidimus, quinque e sex classibus verborum imperfectorum.

1. א paragogicum invenitur aliquando in verbis terminatis in ו, ut הֵהָלְכוּא « qui iverant » (Jos. x, 24).

2. ו paragogicum habetur in voce חַיְתוֹ (pro חַיַּת), Gen. I, 25, et in paucis aliis. Dici quidem potest esse ו paragogicum in לָמוֹ (quasi pro לָם ex לָהֶם, sicut בָּם ex בָּהֶם); item in פִּרְיָמוֹ « fructus eorum », כִּסָּמוֹ « operuit eos », הוֹרִידֵמוֹ « dejice eos », הַרְחִמוֹ « depelle eos », etc.,

Digitized by Google

quia, sublato וֹ, manet significatio integra. At rectius dicitur illud וֹ pertinere ad suffixum מוֹ, quod in libris metricis frequens est, non tantum pro ם, sed et pro הֶם, et semper facit vocem *milhel*, ut פִּימוֹ « os eorum », שִׁנֵּימוֹ « dentes eorum », אֵלֵימוֹ « ad eos », עָלֵימוֹ « super eos ».

3. י paragogicum est in fine vocis מוֹשִׁיבִי « habitare faciens » ; et plura exempla habentur in psalm. CIII et CXIII.

4. ן paragogicum frequens est, præsertim in futuris pl., ut יִשְׁמְעוּן, vel cum ־, יִשְׁמָעוּן « audient ». Accentum (quando eum invenit in penultima) trahit ad ultimam, et inde fit ut punctum longum sub augmento antecedente corripiatur in scheva, ut יִשּׁוּבוּן (psalm. CIV, 29) pro יָשִׁיבוּ « redibunt ».

Suffixum aliquando jungitur post נ paragogicum, et tunc נ illud vocatur *epentheticum* seu interposititium, ut יְשַׁבְּחוּנְךָ (psalm. LXIII, 4) pro יְשַׁבְּחוּךָ « laudabunt te ». Porro נ epentheticum alibi etiam invenitur, ubi נ paragogicum locum non habet, ut יְבָרְכֻנְהוּ « benedicet ei » (psalm. LXXII, 26) ; et speciale suffixum נוּ (de quo supra, pag. 73) conflatur ex communi וּ et נ epenthetico.

5. ה paragogicum frequens est in futuris, imperativis et infinitivis, ut אֶשְׁמְרָה « custodiam », שָׁמְרָה « custodi », לְמָשְׁחָה « ungere », pro אֶשְׁמוֹר, etc., mutatis punctis ut propter suffixa.

Suffixum aliquando jungitur infinitivo post ה paragogicum mutatum in ת, ut בְּקָרְבָתָם pro בְּקָרְבָם « in appropinquare eos » (Exod. XL, 32), בְּשָׁמְעָתוֹ pro בְּשָׁמְעוֹ

Digitized by Google

« secundum audire ipsum » (Isa. xxx, 19). Sic, Gen. xxix, 20, בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ « in amare ipsum eam ». Sed infinitivus hic venit ex terminatione -, utque plene explicetur, recurrendum est ad superius dicta.

VII. De ה locali.

Litera ה sæpe additur in fine nominum et quorumdam adverbiorum loci. Ibi autem raro est pure paragogica, sed respectu ad locum significat *ad, in, versus,* unde vocatur ה *locale.* Relinquendo accentum in sede pristina, facit ut vox maneat, vel fiat *milhel.* Sic אֶרֶץ « terra », cum ה *locali,* אַרְצָה « ad terram », vel « terram versus »; יָם « mare », יַמָּה « ad mare »; שָׁמַיִם « cœlum », שָׁמַיְמָה « in cœlum, cœlum versus »; שָׁם « ibi », שָׁמָּה « illuc ».

Aliquando tamen in nominibus invenitur ה pure paragogicum. Sic, ex לַיִל, חֶרֶס, נַחַל, מָוֶת, fiunt, cum ה paragogico, לַיְלָה « nox », חַרְסָה « sol », נַחֲלָה « torrens », מָוֶתָה « mors », et sunt, ut ante, masculina.

Aliquando etiam femininis superadditur ה in fine, mutata priore terminatione ה in ת. Tunc autem censetur adaugere significationem. Sic יְשׁוּעָה « salus », cum ה supradicto, fit יְשׁוּעָתָה « magna, geminata » aut « plena salus ».

Nota. Illud ה addititium in nominibus, sive sit, ut plerumque est, *locale,* sive sit pure *paragogicum,* ut in quibusdam masculinis, sive *adaugens,* ut in quibusdam femininis, per accentum in penultima facile distinguitur a pura, vera et propria terminatione feminina ת, quæ accentum postulat in ultima.

Digitized by Google

APPENDIX SUPPLEMENTITIA.

1. Literæ quiescentes sæpe inter se commutantur, et aliquando omittuntur. Puncta etiam, præter legitimas, varias subinde mutationations admittunt.

Hinc invenitur aliquando punctum breve et daghesh pro longo, sicut et longum pro brevi et daghesh, etiam ubi nulla est necessitas excludendi daghesh.

Sæpius kametz-chatuph pro ֫, et contra. Etiam ֫ pro ֭, præsertim ante aliud ֭, ut יָקָמוּ pro יָקוּמוּ « surgent »; et in quibusdam editionibus, ֫ pro ֭ brevi : sed fit propter imperitos, ut distinguant a ֭ longo.

Aliquando ֭ pro ־, ut מְנָת pro מְנַת (in regimine), ex מָנָה « pars ». Item ּ pro ־, ut שָׁאֲלֹתִי pro שָׁאַלְתִּי « petii »; et ּ pro ־, ut שְׁאֶלֹתֶם pro שְׁאַלְתֶּם « petiistis ».

Aliquando ִי pro ְ, ut תּוֹמִיךָ pro תּוֹמֵךְ « sustentans »; et ִ pro ְ, ut דִּבֶּר pro דִּבֵּר « locutus est ». Sæpe autem ־ pro ְ, præsertim ante gutturales et ר. En exempla : אִבֶּד « perdidit », שִׁבֶּר « confregit », שִׁלֶּח « dimisit », יַצְמַח « germinare faciet », יִדַּע « cognoscet »; in quibus et similibus est ־ pro ְ. At in וַיִּדַּע et similibus *milhel*, est ־ *vicarium* τοῦ sægol, cum, ob accentum retractum, ִ deberet esse pro ְ, juxta dicta cap. II, pag. 20.

2. Quod literis gutturalibus proprie debetur, aliis præsertim geminatis et ר, aliquando datur habere ־ִ pro scheva simplici, ut וּזְהַב pro וּזַהַב (in regimine), ex זָהָב « aurum », צָלְלוּ « demersi sunt », וְהִתְבָּרְכוּ « et benedicentur ». Geminatæ etiam aliquando excludunt daghesh characteris-

Digitized by Google

ticum, ut in הַלְלוּ « laudate », in conjug. *pihel.* Imo literæ schevatæ, licet non geminentur, sæpe excludunt daghesh, ut הַלְוִיִּם « levitæ », בִּקְשׁוּ « quæsierunt ». Sed si daghesh exclusum sit characteristicum, vox legenda est non aliter quam si adesset daghesh; unde lege הַלְלוּ *hallelu*, בִּקְשׁוּ *biqqeshu.*

3. Pro daghesh leni, brevem regulam dedi cap. I. Nunc autem, ut compleatur ista regula, explicandæ sunt tricæ, quibus lectorem tunc detinere nolui, cum illarum notitia non requiratur ad rationem legendi, sed tantum ad accuratiorem punctationem literarum בְּגַד כְּפַת.

Initio vocis, literæ istæ, licet neque sint initio sententiæ, nec veniant immediate post scheva mutum, habent aliquando daghesh lene; sed (quia nulla certa lege sic fit, et codices variant) potest, salva orthographia, omitti.

In fine vocis, aliquando habent daghesh lene post ־; sed tunc illud ־ stat pro scheva muto. Sic dicitur שָׁמַעַתְּ pro שָׁמַעְתְּ « audisti » (fem.). Gutturalis pro scheva accipit ־ּ, quod ante aliud scheva amittit suum ּ, unde sub gutturali manet nudum ־ pro scheva : וַיִּחַד « et lætatus est » (Exod. XVIII, 9) pro וַיִּחַד, quod pro וַיִּחְדֶּה.

In medio vocis non habent daghesh lene, nisi veniant post scheva mutum; sed neque tunc habent, si scheva illud sit primitivum, ut in לְגִבּוֹל « ad terminum », aut si oriatur ex puncto longo, ut כִּדְבָרִי « secundum verbum meum », בִּלְבָבְכֶם « in corde vestro », עִבְדוּ « servite », ex דָּבָר, לֵב, עָבוֹד. Sic עַבְדֵיכֶם « servi vestri », ex עֲבָדִים.

Digitized by Google

Præterea, quædam nomina, מַלְכוּת « regnum », עַבְדוּת « servitus », יַלְדוּת « juventus », et suffixa כֶם, כֶן, constanter respuunt illud daghesh.

Maximam anomaliam habet vox שְׁתַּיִם « duæ » (quasi pro שִׁנְתַּיִם), a שָׁנָה « iteravit », unde et שְׁנַיִם « duo ».

4. Daghesh forte ponitur aliquando initio vocis, ut מַה־טּוֹב « quam bonum ! » et tunc legi debet vox illa per modum unius cum præcedente. Hinc invenitur מַזֶּה pro מַה־זֶּה « quid hoc? » מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם « quid vobis?»

5. Accentus sæpe retrahitur, ne immediate concurrat cum accentu in voce sequente, ut בּוֹנֶה עִיר « ædificans civitatem », קָרָא לָיְלָה « vocavit noctem », יָלַד שָׁקֶר « peperit mendacium », pro בּוֹנֶה, קָרָא, יָלַד.

6. Quoad syntaxin (de qua vide cap. VIII), Hebræi easdem concordantias habent quas Latini; sed maxima irregularitas est in numeris cardinalibus : illi enim, a 3. ad 10. in masculino genere, habent terminationem femininam, et contra. Item, in singulari numero habent adjuncta substantiva pluralia, et in plurali, singularia. Reliqua usus melius docebit.

7. Quoad poeticam, optimum erit eodem prorsus modo procedere, quo in linguis vulgaribus : carmina enim hebraica hoc modo fiunt facilius, et facta, sunt suaviora quam si, juxta aliorum præcepta, major fuisset labor impensus.

Digitized by Google

CAPUT VII.

DE VOCE INDECLINABILI.

Vox indeclinabilis est quæ genere et numero flecti non potest, estque vel *adverbium*, aut *præpositio*, vel *conjunctio*, aut *interjectio*.

I. DE ADVERBIO.

Adverbium est vox indeclinabilis quæ alii voci adjungitur ad explicandam circumstantiam vel qualitatem aliquam, veluti

Ubi?	אֵי , אַיֵּה	Huc et illuc,	הֵנָּה וְהֵנָּה
Hic,	פֹּה , הֲלוֹם	Quando?	מָתַי
Ibi,	שָׁם	Jugiter,	תָּמִיד
Foris,	חוּץ , מִחוּץ	Die et nocte,	יוֹמָם וָלַיְלָה
Intus,	מִבַּיִת	Nunc,	עַתָּה
Latenter,	בַּלָּט	Tunc,	אָז , אֲזַי
Supra,	מַעְלָה	Hodie,	הַיּוֹם
Infra,	מַטָּה	Cras,	מָחָר
Ante,	פָּנִים	Heri,	תְּמוֹל , אֶתְמוֹל
Retro,	אָחוֹר	Nudius tertius,	שִׁלְשׁוֹם
Simul,	יַחְדָּו , יַחַד	Ante,	לִפָנִים
Seorsim,	לְבַד	Jampridem,	כְּבָר
Unde?	מֵאַיִן	Antequam,	טֶרֶם
Quo?	אָן , אָנָה	Post,	אַחַר

Digitized by Google

Quare?	לָמָּה , מַדּוּעַ	Valde,	מְאֹד
Annon?	הֲלֹא	Maxime,	בִּמְאֹד מְאֹד
Sic, ita,	כֵּן , כֹּה	Quomodo,	אֵיךְ , אֵיכָה
Certe,	אָכֵן , אָמְנָם	Sic, taliter,	כָּכָה
Non,	לֹא	Bene,	טוֹב , הֵיטֵב
Non,	בְּלִי , בִּלְתִּי , אֵין , אַיִן	Male,	רַע
Forte,	אוּלַי	Cito,	מַהֵר מְהֵרָה
Ne,	אַל	Repente,	פִּתְאֹם , פֶּתַע
Ne forte,	פֶּן	Vane,	שָׁוְא
Hac vice,	זֹאת הַפַּעַם	Vacue,	רֵיקָם
Semel,	אַחַת	Gratis,	חִנָּם
Secundo,	שֵׁנִית	Leniter,	לְאַט
Quoties?	כַּמֶּה	Paulatim,	מְעַט מְעַט
Parum,	מְעַט	Judaice,	יְהוּדִית
Plus,	יוֹתֵר	Syriace,	אֲרָמִית
Multum,	רַב , הַרְבֵּה	etc., ad eumdem modum.	

II. DE PRÆPOSITIONE.

Præpositio est vox indeclinabilis, verbo nomen tanquam terminum vel causam motus aut quietis adjungens, sic :

Sine,	בְּלֹא , בְּלִי	Coram,	לִפְנֵי
Præter,	בִּלְעֲדֵי , זוּלַת , מִלְּבַד	Contra, e regione,	לְעֻמַּת , מוּל , מִמּוּל , נֹכַח , לְנֹכַח
Ultra,	הָלְאָה	A, ex, præ,	מִן
Secundum,	לְפִי	Trans,	עֵבֶר

Reliquas præpositiones vide supra, cap. VI, pag. 73.

Digitized by Google

